Postquam autem de finibus illarum villarum exierit, liceat nobis eam tenere, et dare cuicumque voluerimus. Quod

testes sunt comes Volurradus pater noster, Hartvicus de Cavoriaco
et nepos eius juvenis Hvuicus, Henricus et Rantolphus fratres
de villalta Haindericus de Jelaso, Arnoldus de Drazaco, volche-
rus de Luseriaco, Matthias de Jitiano, et Henricus de Glemona,
Gerterdus de Gertestajn, et frater eius Ottacher vuermerus de
virgen Quuerientus de Savoragnano, viemerus de Utino Vuariz
de Goritia, Volricus de Fredamano et alii complures inter quas
fuerunt vulricus, et frater ejus, Guerientus et Hourius de
Socletto, vuarminus &. Actum est apud Civitatem in Curia
Patriarchali feliciter anno ab incarnatione Domini . Millesimo
Centesimo septuagesimo primo indictione iiii. quarto nonas
Maji. +

Ego Romolus D. Patriarche Notarius mandato ipsius scripsi, sigi=
lavi, et dedi. Ab autentico privilegio in membrana, quod apud
D. Martinum Merulam reperiebatur, Venetias transmisso per
Clarissimo domino Petro Locumtenentium transcripsi Ego An-
tonius Bellonus notarius 1545 . 17 ottobris, eo prius regi=
strato in libris Cancellariam dicti D. Locumtenentis, et magnifice
Communitatis Utini cum meis, et aliorum notariorum subscriptioni-
bus.

Da volumi di documenti raccolti dal quondam Monsignor
Florio di Udine nell'Archivio del Capitulo d'Aquileja Signo-
ti non hanno titolo ne numerazione di volume, ne di pagina

eo

ed esistono nella Biblioteca del Sig. conte Filippo
di lui nipote.

Postquam autem de finibus illarum villarum exierit,
liceat nobis eam tenere, et dare cuicumque voluerimus. Quod

1171, 4 Maggio. Cividale. Il Patriarca Volrico concede l'acqua della Roja alle Ville di Cussignacco e Predamano

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos quidem Ulricus dei gratia sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarcha, apostolice sedis legatus, universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus qualiter aquam que per villam nostram de Utino fluit Ecclesie Sancti Stephani de Aquilegia rogatu dilecti fratris nostri Dietrici eiusdem Prepositi ad opus duarum villarum predicte Ecclesie, illius videlicet de Cussignacho et illius de Predamano, perpetuo habendam et possidendam contulimus, ita ut infra fines predictarum villarum nulli omnino liceat in ea vel molendina facere nec aliquod sibi ius vindicare, sed tantum prefata Ecclesia eam ad molendina facienda et omnem usum et utilitatem predictarum villarum libere habeat et quiete possideat, eo videlicet tenore, ut homines de Cussignacho sexaginta sextaria annone, illi quoque de Predamano sexaginta nobis et successoribus nostris annuatim in cellario de Utino persolvant; homines quoque de Utino prefatam aquam in alveo in quo nunc iuxta lacum fluere cernitur, usque ad fines predicte ville de Cussignacho conservare debent. Postquam autem de finibus illarum predictarum villarum exierit, liceat nobis eam tenere et dare cuicumque voluerimus. Quod quidem ut verius credatur et inconvulsum in evum permaneat, presentem paginam inde conscribi et sigillo nostro corroborari fecimus. Huius autem rei rogati testes ... Comes Wodolradus pater noster, Marturius de Cavoriacho et nepos eius iuvenis Marturius, Henricus et Rambaldus fratres de Villa alta, Waidanricus de Zelno, Arnoldus de Brazaco, Waltherus de Lusuriaco, Mathias Vuano, Henricus de Glemona, Herbordus de Berthinstain et

Postquam autem de finibus illarum villarum exierit, liceat nobis eam tenere, et dare cuicumque voluerimus. Quod

frater eius Otacher, Waarnerius Vargen, Sivridus de Savorgnano, Warnerius de Utino, Vvariardus de Godia, Walricus de Predamano, et alii quamplures inter quos fuerunt Ulricus et frater Sivridus et Alexius de Socleto, Vuernerus.

Actum est apud Civitatem in curia patriarchali feliciter anno ab incarnatione Domini MCLXXI, ind. IIII: mensis Maii.

Copia fatta e collazionata il 21 Aprile 1830.

~~pag. 66.~~

Dall' Capit. Aquil. Vol. VII. pag. 66. ~~Arch.~~ Capit. di Udine

1171. 4 Maggio – Cividale – Volrico Patr.a di Aquileja concede per molini ed altri usi l'aqua della roggia che passa per Udine alle ville di Cussignacco e Pradamano.

(Dal Volume, Apographa Jo. Jos. Liruti n° 528 Bib. Civ. Udinese)

In nomine Sancte et Individue Trinitatis amen. Nos quidem Wolricus Dei gratia Sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarcha, et Apostolice Sedis legatus cunctis Cristi fidelibus tam futuris, quam presentibus notum esse volumus, qualiter aquam, que per villam nostram de Utino fluit, Ecclesie Sancti Stephani de Aquileja rogatu dilecti fratris nostri Dietrici eiusdem Ecclesie Prepositi ad usum duarum villarum predicte Ecclesie, illius videlicet de Cussiniaco, et illius de Predemano perpetuo habendam et possidendam contulimus, ita ut infra fines predictarum villarum nulli omnino liceat in ea vel molendina facere, vel aliquod sibi jus vendicare, sed tantum prefate Ecclesie ea molendina facienda et omnem usum et utilitatem predictarum villarum libere habeat et possideat, eo videlicet tenore, ut homines de Cussiniaco sexaginta sex starios annone, illique de Predemano sexaginta nobis et successoribus nostris annuatim in cellario nostro de Utino persolvant; hominesque nostri de Utino prefatam aquam in alveo, in quo nunc iuxta Lacum fluere cernitur, usque ad fines predicte ville de Cussiniaco conservare debeant.

Postquam autem de finibus illarum villarum exierit, liceat nobis eam tenere, et dare cuicumque voluerimus. Quod

quidem ut verius credatur, et inconvulsum in aevum permaneat praesentem paginam inde conscribi et sigillo nostro corroborari fecimus. Hujusmodi autem rogati testes sunt comes Volvvradus pater noster; Hartuicus de Cavoriaco et nepos ejus juvenis Hartuicus. Henricus et Rantolfus fratres de Villa alta, Haindericus de Zelaco. Arnoldus de Brazaco. Vualterus de Luseriaco. Matthias de Tittiano. Dominus Henricus de Glemona. Herbordus de Bertenstayne et frater ejus Ottacher. Vernerius de Virgen. Sivuridus de Soverniano. Wernerus de Utino. Varius de Godia, Vuolricus de Praemano et alii complures inter quos fuerunt Vulricus et frater ejus, Sivuridus et Alaysius de Soclecco. Warnerus etc. Actum est apud Civitatem in Curia Patriarchali feliciter. Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo septuagesimo primo. Indictione IIII. quarto nonas Maii.

Ego Romulus Domini Patriarchae Notarius mandato ipsius scripsi, sigillavi, dedi.

(altro carattere più piccolo)

Ab authentico privilegio in membrana, quod apud D. Martinum Merulam reperiebatur, Venetias transmisso per D. Locumtenentem Patriae F. J. transumpsi ego Antonius Bellonus Notarius 1545, 17. Octobris et prius registrato in libris Cancellariae dicti D. Locumtenentis et Magn. Communitatis Utini cum meis et aliorum Notariorum subscriptionibus. [Dal Vol. Apographa J. J. Lirutii, N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

1171. Venezia. Il Patriarca d'Aquileja Wodolrico II conferma al Preposito di S. Stefano di Aquileja le antiche donazioni

27

Wodolricus Dei gratia sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarcha et Apostolice Sedis legatus, Dilecto in Christo fratri Dietrico Preposito regularis Canonice Sancti Stephani Aquilegie constitute ejusque successoribus canonice intrantibus in perpetuum. Ex quo in Ecclesia Dei patriarchale officium quamquam indigne superno munere suscepimus, cuique ad idem officium spectat omni sollicitudine procurare ac Ecclesiis nostre fidei creditis in presenti et in futuro adiuvante Domino salubriter providere debemus. Ea propter dilecte in Domino frater Preposite, tuis et fratrum tuorum iustis petitionibus benigne assensum iuxta officii nostri debitum prestare volentes, omnes possessiones, predia, iura spiritualia et temporalia et omnia que Ecclesia Sancti Stephani ei commissa rationabiliter habere ac possidere dignoscatur nec non omnia que in futurum auctore Domino iuste acquisiverit tibi et pariter eidem Ecclesie et successoribus canonice substituendis et regulariter viventibus auctoritate sancte Aquilegensis Ecclesie et legationis qua fungimur ex comuni fratrum nostrorum Concilio confirmamus, ~~presenti pagina~~ corroboramus et stabilimus. In primis igitur confirmamus presenti pagina tibi ex parte Ecclesie tue fundatore et ordinatore iuxta privilegii sui tenorem eidem Ecclesie collata esse didicimus. Insuper etiam quadraginta campos quosdam infra muros veteris Civitatis, quosdam iuxta eamdem Ecclesiam ad habitacula Canonicorum ibidem Deo et Sanctis servientium, insuper cuncta que eidem Ecclesie adiacent a loco quo Malignolus fluvius in duos alveos dividitur, quorum unus in flumen maius derivatur, unus adversus prefatam Ecclesiam decurrit usque ad locum quo aqua que dicitur Pialzin influit in fluvium qui

nominatur Rovedula, cum omnibus que infra hos tres fluvios et antiquum murum qui vocatur Hostias continetur, cum sylvis, pratis, campis, pascuis et latebus qui infra eundem terminum concluduntur usque ad inferiorem locum qui vocatur Salinbeck.

Datum in Venetiis feliciter anno ab incarnatione domini M.C.LXXI. Indictione IIII.

Ego Wodolricus Aquilegensis Patriarcha Apostolice Sedis Legatus manu propria corroboravi et subscripsi.

Ego Adalbertus Scalaburgensis episcopus subscripsi

Ego Girardus Paduanus episcopus subscripsi
Ego Otto Bellunensis episcopus subscripsi
Ego Wodolricus Tarvisinus episcopus subscripsi

Ego Sigifredus Cenetensis episcopus subscripsi
Ego Romulus D. Patriarche Notarius recognovi et dedi
Ego ~~[illegible]~~ Petrus sacri palatii Notarius ~~hec~~ hec rescripta sicut in authenticis privilegiis vidi transcripsi nec dictionem vel syllabam addidi vel pretermisi.

Da copia autentica fatta in Udine li 10 Aprile 1326 per mano del nodajo Bortolomeo di Ceneda.

Vol I. Dipl. Aquil. Bibl. Flor.

[illegible] [Dal vol. Apographa J. J. Liruti, N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

1171, 17 Ottobre. Cividale. Il Decano del Capitolo di Cividale notifica la donazione di alcuni beni fatta al Capitolo suddetto da Maria figlia del prete Giovanni de Collis. 25

Nos quidem Walterus civitatensis ecclesie decanus. et reliqui eiusdem ecclesie fratres. quedam temporibus nostris facta. vel ordinata. scripto mandare curavimus. quatenus successores nostri si opus fuerit. qualiter acta. siue ordinata fuerint veraciter scire queant. et firmiter teneant. Sciant igitur post nos venturi quod Maria filia Johannis presbiteri de Collis. una cum Arnoldo marito suo de Murus. et filio suo Johanne. pro anima sua dedit huic ecclesie peciam unam de castaneto. et unum campum qui iacet ad fontanam Grianam. et predictum castanetum. et campum. et unam vineam quam pater suus prius dederat huic ecclesie. que iacet in Rubiaco. de manu nostra recepit et pro his. singulis annis. in anniversario prefati Johannis patris sui. duos congios vini pesonales dare laudavit. Inde fuerunt omnes isti rogati testes. Wodolricus de Synodochio. Zilius. Adalbertus pelliparius. Karulo filius vingerlini. Marquardus Carzman. Marquardus filius Hermanni de porta ambrosiana. Artuicus frater Bonaldi presbiteri. Adalgherus miles concordiensis prepositi. Walem de Murus. Grimo et Wodorlicus bregedona. et Bruno fratres. Iacobus cellerarius civitatensis prepositi. Clerici. Johannes presbiter de Rubiaco. et Johannes filius eius. Bernardus. Karulus diaconus de Orsaria. et alii quamplures.

Factum fuit hoc anno dominice incarnacionis. M. C. LXXI. Indic. IIII. XVI. Kal. Novembris. In maiori Civitatensi ecclesia.

Arch. Capit. di Cividale Vol. II pag. 33

Bibl. Com. di Cividale, ...

et aliorum [illegible] subscriptionibus. [Dal Vol. Apographa J. J. Liruti, N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

1173. . . . Vodolrico Patriarca d'Aquileja approva una permuta di beni tra la Pieve di Gorevig e la Chiesa nella valle di S. Giovanni di Savina

Collez. Fontanini Vol. 652. p. 340. Mr. Arch. di Stato, Venezia.

Da copia del sec. XVIII

Privilegium Aquilegensis Ecclesie Patriarche de concambio in Gurivig.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nosquidem Ulricus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie Patriarcha et apostolice sedis legatus cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter vineas et campos totamque proprietatem quam plebs de Ganuuitz apud Syza habere dignoscebatur per concambium ab eadem plebe consensu fratris nostri Sigahardi plebani eiusdem plebis in pleno capitulo apud Obrenberg in plebe Sancti Cantiani communi consilio fratrum nostrorum expedivimus, ipsamque proprietatem ecclesie in valle Sancti Joannis de Savina constitute nec non et fratribus ibidem Domino famulantibus in remedium anime nostre ac antecessorum nostrorum proprietario iure in perpetuum habendam et possidendam donavimus et tradidimus. Predicte vero plebi de Gonuitz decimas XV mansuum qui in loco qui dicitur Ainöht sunt constituti cum omni integritate videlicet cum parte nostra et plebani de comuni consilio in concambium perpetuo habendas et possidendas tradidimus. Quod quidem ut verius credatur et inconvulsum in evum permaneat, presentem paginam inde conscribi et sigillo nostro insigniri fecimus. Actum est hoc feliciter anno domini MCLXXIII indictione IIII presentibus fratribus nostris Wernardo

Da ll'ms Coll. Guerra Vol.

Bibl. Com. di Cividale, da pergam. dell' Arch. capit. di Udine

Tergestino et Friderico Petenensi episcopis, Engelberto Abbate eiusdem ecclesie Sancti Ioannis, Richero de Obrenberch, Ottone iuniore et Piligrino Prepositis, Iohanne priore eiusdem, Piligrino et Reginardo capellanis, Pertoldo Laurentii archidiacono, Sigardo plebano de Goriniz et tunc Decano, Henrico plebano Sancti Michaelis, Bernardo de Pilstaine, Friderico de Scanbach, Gunthero de Sluny, Lamberto de Vrasplau, Tancredo et aliis fratribus capituli. Laici etiam cognoverunt Gebardus de Soneck, Liupoldus de Monhec, Albertus de Napenunose, Eberhardus de Gazenstein, Marquardus de Witenstein et alii.

Ego Romulus Aquilegensis Ecclesie magister scholarum mandato D. Patriarche scripsi et dedi. —

[illegible] [Dal Vol. Apografi del J. G. Liruti, N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

1172 [illegible] Aquileja [illegible] legato
[illegible]
[illegible]
delle Canoniche di S. Giovanni e di [illegible]

Dai MSS. di mons. Fr. Florio che ne ebbe copia fatta dalla pergamena originale, allora nell'Arch. Capit. Aquil.
confrontata con copia del sec. [illegible] Vol. 29 [illegible]

[illegible] legatus, dilectis in Christo Fratribus [illegible]

[illegible] Patrum vestigia [illegible]

[illegible]

providere decrevimus. [illegible] fratres [illegible]

[illegible] agricultura [illegible]

locorum quorum populos baptizare [illegible]

[illegible] talia ministratis, in [illegible]

[illegible]

[illegible] tamen [illegible] et [illegible]

[illegible] titulum [illegible] et [illegible]

[illegible] quod Vobis populos(1) [illegible] baptizare liceat

[illegible] earumdem [illegible] a vobis libeant et vos [illegible]   (1) dovrebbe corrig.: seu parvulos

[illegible] in pace [illegible] Prepositi et [illegible] contradicione habe-

tis. [illegible] vos [illegible]

[illegible] ligationis [illegible]

[illegible] castra [illegible]

[illegible] fecimus, salvo iure adiacentium [illegible]

propre et ministerialium nostrorum.

Actum est Aquilegie feliciter, anno ab incarnacione [illegible] MCLXXII

[illegible] V, [illegible] VI [illegible] Dictino Preposito

Da [illegible] Guerra Vol.   Bibl. Com. di Cividale, da pergam. dell'Arch. Capit. di Udine

[illegible] tre [illegible] constitu[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] vico [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] vico(1) [illegible] [illegible] [illegible] Gemona,

[illegible] ia, Superamount [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] Carnia, Wolcoradus de

Cosa [illegible] Gemona [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

(1) forse laicus vero

et aliorum [illegible] subscriptorum. [Dal Vol. Apographa J. J. Liruti, N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine]

1173. Aquileja. Sentenza del Patriarca Volderico II nella differenza per le decime d'Isola (in Istria) tra il Monastero d'Aquileja ed Amalrico di Muglia, trascritta d'ordine del Patr. Bertoldo nel 1241, a 0 febbrajo in Aquileja.

31

In nomine domini dei amen. Anno eiusdem mill. ducentesimo. XLI. Indictione
XIIII. in Capitulo maioris ecclesie Aquilegensis. die mercurii. VIIII. februarii
exeunte. In presentia D. Wecelonis Belinicensis abbatis. Popponis sancti Felicis
et Johannis Sancti Stephani de Aquilegia prepositorum. Wilhelmi decani.
Leonhardi camerarii. Wilhelmi scolastici. Chuonradi Suevi. Martini.
Marcelli. Hartwici de Castelerio. Chuonradi de Zelacho. Amici.
Gumperdi. Berengeri Vicedomini D. Patriarche. Bertoldi Craftonis
aquilegensis ecclesie canonicorum. et aliorum multorum
Ibidem D. Bertoldus Dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie vene=
rabilis Patriarcha ob reverentiam gloriosissime Virginis Marie nec
non ad preces domine Herburge Abbatisse et conventus Monasterii
sancte Marie Aquilegensis que per D. Petrum ipsius Monasterii
Vicedominum et procuratorem ab ipso D. Patriarcha hoc umiliter
petiverunt. Cartam unam D. Wolrici bone memorie quon=
dam Aquileiensis ecclesie Patriarche ipsius sigillo mu=
nitam. spectantem ad Monasterium antedictum propter anti=
quitatem sigilli atque scripture. renovari iussit et per manum
publicam scribi et roborari. ac ad maiorem certitudinem. reno=
vate carte. proprium iussit sigillum apponi. Cuius tenor talis est:
Nos quidem Wolricus dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie Patriarcha

Dalla Raccolta Guerra Vol. Bibl. Com. di Cividale, da pergam. dell'Arch. capit. di Udine

et apostolice sedis legatus cunctis Christi fidelibus tam
futuris quam presentibus notum esse volumus qualiter lis
et controversia que inter dilectam sororem nostram Ermi=
lindam, Abbatissam sancte Marie de Aquilegia. et fidelem
nostrum Amelricum de Mugla pro decimis de Insula ver=
tebatur in presentia nostra terminata est. Inprimis si=
quidem predicta Abbatissa easdem decimas Amelrico in
feudum dedit. tali videlicet tenore. ut quicquid de eisdem de=
cimis per mortem vasallorum suorum vel alio modo eidem
Amelrico evacuatum et expeditum fuerit. nulli mortalium
sine licencia huius Abbatisse vel eius que sibi successerit
inbeneficiare vel aliquo titulo alienare debeat. Quod quidem
si fecerit. id quod inbeneficiatum vel impeditum fuerit in do=
minicale Abbatisse et ecclesie sue convertatur et redi=
gatur. et insuper libram auri Almericus Abbatisse com=
ponat. et hec conventio nichilominus firmitatem suam obti=
neat. Preterea prefatus Amelricus pro eodem feudo iterum
rate Abbatisse hominium et fidelitatem fecit. et. III. marcas
argenti ei persolvit. Quod quidem ut verius credatur et incon=
vulsum in evum permaneat presentem cartam petitione utriusque

[...] subscripcionibus. (Dal vol. Apographa J. J. Li=
ruti, N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.)

partis inde conscribi et sigillo nostro insigniri fecimus. Interfue=
runt autem venerabiles fratres nostri . Wernhardus Tergestinus.
et Gerardus Concordiensis episcopi. Wodolricus Aquilegensis
Archidiaconus Richerius Beleniensis abbas. Hermannus aqui=
legensis thesaurarius. Conradus de Attens. Amelricus de castro novo.
Wodalricus de sancto Georgio. Otto filius Wlvini et alii plures.
Actum est hoc Aquilegie in Monasterio sancte Marie feliciter.
Anno dominice incarnationis . M. C. LXX. III. Indicione VI. Ego
Romulus notarius dictavi et subscripsi manu propria.

Ego Otto imperialis aule Notarius supradicte peticioni facte.
prefato D. Patriarche Bertoldo ex parte domine Herburge
abbatisse. et conventus Monasterii sancte Marie aquile=
gensis per D. Petrum Vicedominum dicti Monasterii . interfui.
et de mandato D. Patriarche supra scriptam cartam transcripsi.
renovavi. et signo proprio roboravi. nil in ipsa addens vel
minuens . quid eius sensus vel sententiam mutet.

Manca il sigillo che pendeva da un cordoncino rosso di seta che ancora sussiste.

Perg. originale (dalla copia) nel Vol. IV. ~~perg.~~ N. 5. Arch. Capit. di Cividale.

Da Bianchi [?] ... Vol. — Bibl. Com. di Cividale, da pergam. dell' Arch. Capit. di Udine ...

[illegible] subscriptionibus. (Dal Vol. Apographa J. J. Liruti, N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.)

1173. Trieste. Ermanno camerario della Chiesa d'Aquileja compra una vigna in Trieste in luogo detto Scolcola.

✝ In nomine Dei eterni amen. Regnante domino nostro Fr[iderico]. Anno a d(omini) incarnatione Domini. Millesimo. centesimo. L. XXIII. Indictione. VI. Actum in Civitate tergestina. Ego itaque Johannes una cum nepte mea Glirosa facimus cartulam venditionis a die presenti tibique Hermanno Camerario Aquilegensis Ecclesie. hoc est de vinea una que est in loco qui dicitur scolcola. caput eiusdem vinee desuper firmat in ago [agro] de Sal..foes [ultone?]. aliud caput firmat in eodem ago [agro]. latus firmat in Odorlico de Asiuvenda. alius latus firmat in Johanne filio Bertaldi. propterea facimus nos suprascripti venditores tibi iam dicto comparatori cartulam de predicta vinea in suis locis posita quia tu dedisti nobis in bona convenientia libras denariorum. XXI. et de ipso pretio indebitum nichil remansit ad persolvendum secundum nostrum finem et vestrum. Unde et nos firmam tribuimus tibi potestatem de ipsa vinea. habendi. tenendi. dandi. vendendi. commutandi seu pro anima iudicandi vel quicquid tibi placuerit faciendi. Si quis vero quod fieri non credo aliquis aliquando de heredibus nostris vel propinqui parentes nostrorum aut extranei vel aliqua summissa persona per aliquod vis ingenium contra hanc nostre venditionis cartulam. ire temptaverit aut corrumpere vel molestare presumpserit sciat se compositurum auri libram unam. Coactus hec solvat et post pene solutionem stabilis firmaque consistat hec nostre venditionis cartula: cum annis Domini et Indictione suprascripta feliciter. Signum manus. Johannis et neptis me Glirose qui hanc cartulam venditionis scribere rogaverunt. Signum manus Domini de Marsgarida testis. Signum manus Natalis de trimudi testis. Signum manus Domini de Leo ipslano. Isti sunt testes.

Ego Vitalis tabellius et Notarius huius Tergestine Civitatis manu mea propria scripsi complevi atque roboravi.

ego Magister Albertus Domini Peregrini Aquilegensis Patriarche Notarius sicut in autentico vidi et inveni nichil addens vel minuens quod sententiam mutaret ita scripsi et corroboravi.

ruliq. N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

1176. 26 Maggio. Anagni. Bolla di Papa Alessandro III che conferma le antiche donazioni al Capitolo di S. Stefano d'Aquileja.

33

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Dietrico Preposito et Canonicis Ecclesie Sancti Stephani de Aquilegia. Quotiens illud a nobis petitur quod religioni et honestati noscitur convenire animo nos decet libero concedere et petentium desideriis congruum impartiri suffragium. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus prefatam Ecclesiam nostra protectione suscepimus, iuris scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum Domini et Beati Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea ~~[illegible]~~ quascunque possessiones quecumque bona eadem Ecclesia impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant. - - - - - - -

Segue nell'altra facciata

quecumque bona
~~Possessiones quascumque possessiones eadem~~ Ecclesia ~~in presentiarum iuste~~ et canonice
~~possidet~~ in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Molendina
de Rovedula sicut in privilegio Regis Chonradi vobis et Ecclesie vestre tradita
dicata et postmodum a Peregrino et Woldorico aquilegensibus patriarchis suis predi-
Rondanis
legiis sunt corroborata. Villam integram de Ranchotoin cum liberis et fa-
Villam integram de Chussignaco cum omnibus pertinentiis suis.
molis et omnibus pertinentiis suis. Villam integram de Prademano. Villam
integram de Taranzano cum omnibus pertinentiis suis. Vuozo aquilegensis
ecclesie ministerialis in plebe de Muruz. quidquid allodii in Vanzono habuit
et tres partes decimarum quarum in predictis plebibus fuerit et quidquid
D Vezola eorum matrem, filius Vuezelini et Johannis et Leonardi filii q.
Regenhardi habuerant in Sancto Daniele culta simul et inculta pariter
et mercatum quod nominatus Patriarcha Guotepoldus ibidem habuit, wercezen
culta simul et inculta Justoper quidquid fuerit allodii Vigiconis aqui-
legensis Ecclesie olim Archidiaconi. in Grovwanio tres massarios in Tollano
et unum in Pressent et viginti in Sutcolles, quos Henricus filius
Wecelini Comitis Aquilegensi Ecclesie tradidit. Preterea quadraginta campos
quosdam infra muros veteres Civitatis, quosdam iuxta eandem Ecclesiam ad ha-
bitacula Canonicorum ibidem Deo servientium. insuper cuncta que eidem Eccle-
sie adiacent a loco quo Aligrodus fluvius in duos alveos dividitur. quorum
unus in fluvium maiorem derivatur, unus adversus prefatam Ecclesiam decurrit
usque ad locum quo aqua que dicitur Pulgin influit in fluvium qui nominatur
Rovedula cum omnibus que infra hos tres fluvios et antiquum murum qui vo-
catur Ostiam ~~[illegible]~~ continentur, cum silvis. pratis. campis. paludis et lacubus qui infra
eundem terminum concluduntur usque ad inferiorem locum qui vocatur
Salimbech. Preterea ius Advocatie quod Peregrinus Patriarcha dum esset
catholicus petitione Advocati sui Comitis Magenhardi et Heinrici filii eius
eidem Ecclesie in Villa de Pradamano, in Taranzano et in Carnea. in aliis utique

[... n. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

bonis eiusdem Ecclesie nullam Advocatiam habuerant, in perpetuum habere contulit et super hoc eamdem Ecclesiam privilegio suo munivit. Molendina in flumine Rovedule ex utraque parte aque constituta ante vel ultra ~~vel citra~~ et omnibus pertinentiis eorum. Que quidem Ecclesia vestra iuxta tenorem privilegiorum vestrorum videlicet Gothopoldi Patriarche fundatoris eiusdem loci et Peregrini Patriarche, rationabiliter acquisivit et postmodum contra adversarios suos iuste obtinuit. Insuper unum mansum in Comello et unum iuxta pontem Ungaricum cum duobus agris Ecclesie S. Stephani adiacentibus. Predium in Cormon. Vineas apud Tergestum et apud Iustinopolim et mansos quos Ludovicus de Lavariano et filii eius eidem contulerunt et curiam in Cordario cum molendino. stationes et hortos in Aquilegia et quinque campos iuxta maius pratum sancti Stephani qui fuerant de Casali Herbordi de Fagedis. Mollendina vero de Rovedula sicut vobis eisdem et Ecclesie vestre a Peregrino quondam Aquilegensi Patriarcha cum adhuc catholicus esset rationabiliter adiudicata fuerunt vobis et eidem Ecclesie, nichilominus duximus confirmanda. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Preposito vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quod Fratres communi consensu vel Fratrum pars sanioris consilii secundum Dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam perturbare.

Datum Anagnie per manum Gratiani S. R. Ecclesie Subdiaconi Notarii. VII. Kal. Junii. Indictione VI. Anno Incarnationis Dominice M.C.LXXIII. Pontificatus vero D. Alexandri Pape III. Anno XV.

Ego Iohannes presb. Cardinalis ~~tit.~~ SS. Iohannis et Pauli ~~Tituli~~ Pamachii.

Ego Iohannes presb. Card. tit. S. Anastasie

Ego Albertus presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina

Ego Guielmus presb. Card. tit. S. Petri ad vincula

Ego Boso presb. Cardin. tit. S. Pudentiane tit. Pastoris

Ego Johannes presb. Card. tit. S. Marci

Ego Alexander Catholice Ecclesie episcopus

Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus

Ego Bernardus Portuensis et S. Rufine Episcopus
Ego Gualterius Albanensis Episcopus
al. ms. Arditius Ego Viditio Diac. Card. S. Theodori

Ego Cyntius Diac. Card. S. Adriani

Ego Ugo Diac. Card. S. Eustachii iuxta templum Agrippe

Ego Ardicius Diac. Card. S. Sergii et Bacchi

Ego Agen... Diac. Card. S. Angeli

Ego Laborans Diac. Card. S. Marie in portica

Da copia esistente nella Bibl. Florio, Vol. II Dipl. Aquil.
e collazionata con altra al N. 408. Apographa G. G. Liruti nella
Bibl. Civica di Udine.

1174. 5 Gennajo. Obrenburg. Il patr. Wodolrico II giudica le contese pel censo annuo della Chiesa di S. Pancrazio di Graz (Windischgrätz) tra l'Abbazia di Belligna e l'arcidiacono di Saunia

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Anno dominice incarnationis. M.C.LXXIIII. Indict. VII. quinto die mensis Januarii. in castro de Obrenburg. Nos quidem Wolricus dei gratia sancte Aquilegensis Ecclesie patriarcha et apostolice sedis legatus. de controversia quam dilectus frater noster Richerus Belenensis abbas pro Ecclesia sancti Pangratii de Graz more antecessoris sui cum Pertoldo Saunensi archidiacono habebat. diligenter cognovimus. Que itaque talis erat. Dicebat enim abbas quod predicta Ecclesia sibi de iure foret expedita. et quod idem archidiaconus XIIII sibi marcas dare teneretur. et insuper officii sui periculum incurrere deberet. et hec ideo. quia ea que inter antecessorem ipsius. et eundem archidiaconum prius statueramus et in scriptis redegeramus. minime observaverat. Archidiaconus vero dicebat. quod tum ex persecutione quam a marchione Ulrico nomine Pertoldo et ab aliis sustinebat. tum etiam ex nimia paupertate predicta complere nequiverat et misericordiam petebat. Nos igitur [1] securitate pro interpositione fidei ab ipsis recepta ita quod mandatis nostris in hac parte absolute obedirent. eandem controversiam consilio fratrum nostrorum sic decidimus. Prefato siquidem archidiacono Ecclesiam sancti Pangratii ab abbate investiri fecimus eo tenore. ut ipse duas marcas argenti nomine census annuatim in purificatione beate Marie abbati. et eius monasterio persolvat. Archidiaconus vero ~~propterea~~ postea eandem Ecclesiam abbati refutavit ita ut si debitum censum statuto tempore monasterio eius non persolverit. ipsa Ecclesia sit abbati expedita. et cui voluerit absque omni contraditione committat. Pro subtractis [3] etiam

1) parola dubbia
2) Il Fontanini nelle Vindic. antiq. Diplom. pag. 256. legge propterea. Il Florio nella sua copia fatta sull' originale segna il facsimile così: ptea
3) Il detto Mons. Font. legge subiectis, ma il Florio preferisce la sua lezione notando in quella parola un poco guasta un a avanti ctis.

Medigas

...[1] Dominicis abbati vadiari fecimus. pro quibus Peligrinus civi-
tatensis prepositus fidei iussor est constitutus. ita ut si usque ad
proximam dominicam. qua cantabitur Reminiscere[2] sibi persolute
non fuerint. ipse prepositus in bonis suis auctoritate nostra pignoret.
Ad hec archidiaconus in manu nostra sub fidei sacramento promisit.
quod omnia que ab eadem Ecclesia alienavit. usque ad proximum festum
sancti Johannis Baptiste expediet. et eidem Ecclesie restituet. Quod
a. y. si non fecerit tam de violatione fidei quam de dilapidatione Ecclesie
reus teneatur et iudicetur. Ita hes autem severitati iuris det...mus.[3]
ut senectuti et necessitati archidiaconi compleremus. Quod ut verius
credatur et firmius observetur. hanc paginam inde conscribi et sigillo nostro
insigniri fecimus. Interfuerunt fratres nostri Gerardus Concordiensis Epi-
scopus. prefatus prepositus. Leonardus Concordiensis canonicus. Henricus
plebanus sancti Michaelis de iveri. Comes Henricus de Hortenburch. We-
riandus de Hoech. Wolricus de Plawin.
Ego Romulus Aquilegensis magister scolarum et domini Patriarche notarius
mandato ipsius scripsi. sigillavi et dedi.

Da copia fatta sull'originale che conservava traccie d'un sigillo pendente
da mons. Fr. Florio. Bibl. Florio, Vol. I. dipl. Aquil.

1) Il numero delle marche è segnato così: LII.
2) Il Florio propone leggersi detraximus meglio che il decidimus interpretato dal
Fontanini e così in fine del periodo compleremus anziché compulamus della
stampa Fontaniniana.

...uti, N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

1174, Aquileja. Dono di due mansi in Frernel fatto da Enrico figlio di Richildo, ministeriale del marchese di Stiria, nonchè di tre mancipie al Monastero maggiore di Aquileja

35

Coll.e Fontanini Vol. 652, p. 160 t. R. Arch. di Stato, Venezia.

Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam. Ull ministerialis nomine Richildus Marchionis de Styra de hac vita migrante filius eius Henricus ad augendum divinum servitium tradidit super altare S. Marie semper virginis duos mansos apud Frernel et tria mancipia nomine Olpern et filia eius Gotelint et Cuoradus gener eius ancillis Dei in eodem loco Deo famulantibus. Actum est hoc tempore venerabilis Udalrici Patriarche anno MCLXXIIII, ind. VII. regnante imperatore Friderico cooperante Domina Ermelinda abbatissa. Huius rei testes sunt comes Vuoffe= radus et eius ministerialis Marquardus. Vuernehardus. Eberhardus merus. Fredericus de Treven. Uldricus abbas de Mosenis[a] et Theodericus Prepositus S. Stephani. Ezelbertus et Martinus de Gorz. Andreas de Zagil. Reynaldus de Camilia.

a) Emendato Mosniz

a.y.

...rutti, N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

vid. ... 93

36

1174, 24 Aprile Anagni. Bolla di Papa Alessandro III al Preposito di S. Felice di Aquileja nella quale conferma i beni posseduti da quel Capitolo e (Veg. altra Bolla 1196, 9 Febb.° in questo Diplomatario)

Arch. Princ. in Villanova, Copia ~~...~~ fatta nel 1360 in pergamena e corretta su altra tratta dall'originale da mons. Fr. Florio Bibl. Florio Vol. I dipl. Aquil.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Jonathe (Pag.) Preposito sancti Felicis Aquilegensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum.

Ad hoc huius ad universalis ecclesie regimen licet insufficientibus meritis providentia superne dispositionis assumpti, ut pro singularum ecclesiarum statu [1] deceamus solicitudine vigilare et ad pacem et quietem earum apostolice sedis patrocinium adhibere. Ea propter dilecti in Christo filii vestris iustis postulationibus gratum ~~impertientes~~ impartientes assensum Ecclesiam ad cuius estis obsequium deputati sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privillegio communimus. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo Ecclesia ipsa sita est cum pertinentiis suis, quatuor famulis cum uxoribus et progenie eorum. Villam que vocatur Apiola cum duodecim famulis cum uxoribus et progenie eorum et tres [2] massarios ~~Flambrium~~ Flambri cum omnibus pertinentiis suis cum agris, vineis, pratis, pascuis, cultis incultisque cum silvis et venationibus cum aquis, aquarumve decursibus in paludibus cum molendinis et piscationibus. Villam integram de Puteo sicco cum omnibus pertinentiis suis que sunt a ~~Lacutta~~ a Stavara

... in Carnea de Vigo medigas

[1] La Bolla di Celestino III aggiunge la parola *pastorali*.

(2) Varianti della Bolla di P.a Celestino III, del 1196, 19 Feb.

[Illegible line] nell'originale pare vi sia la sigla Cel.

que est iuxta Villam Cacilini usque ad cumulum terre iuxta

1) Nella Bolla di Celestino III: — Villam que dicitur Lastiza et usque ad Talenafones et inde

Sediliana — usque ad aquam que ~~vocatur~~ dicitur Sediliana[1], ubi habitant

quatuor famuli. Villam Sancti Viti integram. Villam de

Wirco dimidiam cum omnibus pertinentiis suis. In Plebe de

a. v. 2) Treveis ~~[illegible]~~ — Trevesa[2], inter liberos et famulos triginta massarios de

quibus octo sunt famuli cum omnibus pertinentiis suis.

2) de Gayo — Decimas de Subcolles et de Bayo[2] et de Striago sicut ad pre-

3) Samardengham — sens tenere videntur. Villam Samerdenchan[3] cum omnibus perti-

~~[illegible]~~ 4) Anreatunculo (forse Ereuntio. — nentiis suis. Plebem de Anreatunculo[4] integram cum septem fa-

5) Aleso — mulis. In Allesio[5] sex massaritias, tres Ampochalas[6], quinquaginta

6) Apozalas

quoque amphoras vini in Civitate Caprensi[7]. Sepulturam quoque

ipsius loci liberam esse concedimus ut eorum devotioni et extreme

voluntati qui se illic sepelliri deliberaverint nisi forte excomu-

nicati sint vel interdicti nullus obsistat salva tamen iustitia paro-

chialium Ecclesiarum de quibus mortuorum corpora assumuntur.

Cum autem commune interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis

ianuis, non pulsatis tintinabulis et exclusis excommunicatis intra vos

submissa voce divina officia celebrare. Decernimus ergo ut nulli

omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius

possessiones et bona usurpare vel ablatas retinere minuere aut aliis

quibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum

7) in Civitate Caprensi. Paludem que est (iuxta) Sanctam Felicem cum decursu aque et locum molendini a bone memorie Godefrido aquilegensi patriarcha Ecclesie vestre concessa. sicut in ipsius Patriarche authentico confecto exinde plenius continetur. Sepulturam etc

...reti, N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

pro quorum gubernatione et substentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva apostolice sedis auctoritate [1] contra quilibet ipsam concessa iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire temptaverit secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

[1] et diecesani canonica



Ego Alexander catholice ecclesie episcopus

+ Ego Hubaldus Hostiensis ep. ss.

+ ego Bernardus port. S. Rufine ep.

+ ego Gratianus ... diaconus ...

+ ego Johannes presb. card. SS. Johannis et Pauli tt. Pamachii

+ ego Johannes presb. card. tt. S. Anastasie

+ ego Albertus presb. card. tt. S. Laurentii in Lucina.

+ ego Boso ... tt. S. Petri ad vincula presb. card.

+ ego ... presb. card. S. Pudentiane tt. pastoris

+ ego Johannes presb. card. tt. S. Marci

+ ego Petrus presb. card. tt. S. Susanne

+ ego Petrus presb. card tt. S. . . .

+ ego . . diaconus card. S. Theodori

+ ego Hugo diaconus card. S. Eustachii iuxta templum Agrippe

+ ego Vitalis diac. card. SS. Sergii et Bachi

+ ego ... diac card. S. Angeli

+ ego Laborans diac. card S. Marie in porticu

Datum Anagnie per manus Gratiani S. Romane Ecclesie subdiaconi et notarii V. Kal. Maij. Indict. VII incarnationis dominice Anno MCLXXIIII. pontif. vero D. Alexandri Pape III Anno quintodecimo.

Ego ... notarius ... mandato Rev. in Christo patris et D. D. Bertrandi miseratione divina S. Sedis Aquilegensis Patriarche ... autenticum ... et manu propria de verbo ad verbum ita ...

Ego Paulus q. M. Francisci de Mutina ...

Ego ... q. Nicolai notarii de Mutina ...

... N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

1175. Aquileja. X Patr. Wolrico II
conferma al Monastero di Aquileja le donazioni fatte dai suoi predecessori.

Woldarico Patriarcha 1175.

In Nomine Dñi Nri Jesu Christi. Wodalricus sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Dei
gratia Patriarcha dilectæ in Xto filiæ Ermilindæ Abbatissæ eiusque sororibus.
Quia vocatione divina ad Ecclesiasticum honorem constituti esse videmur,
digna perpendimus, ut ad instaurationem et confirmationem ejus provide vigilare
debeamus; eam ergo officii nostri administrationem intendentes pro Anima Nrã
ac Prædecessorum vel Successorum nostrorum salute cum assensu totius Aquilejen=
sis Ecclesiæ Cleri, ac Ministerialium Nostrorum conniventia devotæ petitioni præ-
fatæ Abbatissæ, ac sororum ejus annuimus, potestate nobis tradita con
firmantes omnes donationes, et ordinationes, quas felicis memoriæ
Poppo Patriarcha Monasterio eidem et quæ postea Successores sui videlicet
Sigehardus, et Wodalricus Patriarchæ eidem loco contulerunt, et addiderunt.
Igitur quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum
possidet firma et illibata, ei permaneant, scilicet terra, quæ vocatur
Piuli et Paidis, et quidquid est a maligno flumine usque ad flumen magnum,
sicut currit flumen Rubedula. In Aquileja tres Curias, stationes quinque,
Cellarium unum. Villas etiam non longe a Civitate, idest Villam de Tertio,
Villam de S. Martino, Villam de Corriana, Villam de Musculo, Villam de
Morsano, Villam de Altura, predium de Sacilo, Villam de Perteyulis cum
omnibus pertinentiis suis, quæ sunt a Glacia prius est a nemme sylva usque
in terram de Cystelono, a prato Frisano usque ad Chaluchan, a Casa
Svalbena, sicut tenet Rubedula, et Amphora recto in Cornio, sicut tenet
Zumellus cum campis, pratis, pascuis, sylvis, venationibus; aquis, aquarumque
decursibus, paludibus, piscationibus, cultis, et incultis. Villam quoque de Caselis
cum omnibus pertinentiis suis. Villa de Suchem. Villa de Cosano dimediam.
Capellas etiam cum famulis in eisdem Villis habitantibus. In Carnea de vico Cigo
[illegible] medigas

medigas 60 formas Casei. In Comitatu Histriensi locum qui dicitur [vocatur] Insula cum placitis, suffragiis et omnibus Angariis publicis, et omnibus pertinentiis suis cultis, et incultis. In eadem Insula centum urnas vini, exceptis aliis redditibus, et justitiis, quas Homines illi ex jure debent persolvere. Tregesta Villas, quas prefatus [prenatus] Sigehardus Patriarcha dicto Monasterio concessit, et donavit pro amore Servitii sui Tridenensis Homine, quam [etiam in] in eodem Monasterio Abbatissam ordinavit, scilicet Malathyspica [Natatzapicam], Lantianicum, et Belianum cum omnibus pertinentiis suis. Ex concessione supradicti Senioris VVodalrici Patriarche Baptisterium Decimas tresve [tresve] et omnia Parochialia jura, sicut primitus [prius] a Joanne [Johanne] Patriarcha eidem Monasterio concessum esse dignoscitur; Capellas quoque in pertinentiis ejusdem Ecclesie cum publico Baptisterio, Decimationibus, quarteriis [quartadiis], oblationibus, et cum omni Parochiali jure. Decimas, et Capellam S. Petri de Insula, quam Tergestinus Episcopus ipsi Ecclesie contradidit. Capellam quoque S. Calsi [S. Pasti] apud Talminum duos Mansos, in Trethan [Fretzan] duos Mansos, Curiam in Aquileja, quam Regenhardus de Montona eidem Ecclesie contulit. Quinque Mansos [mansos] in Malfat. In Furnel duos Mansos. In Castro [Carsto] duos Mansos. Ad Kestilin [Kastilzan] Mansum unum. Ad Laiariam Mansum unum. Villam quoque de Malareto integram cum pertinentiis suis. Advocatias quoque, quas Engelbertus Comes de Goritia juste, sive injuste in eodem Monasterio habuit, et pro remedio Anime sue abnegavit et ressignavit de omnibus scilicet Villis et possessionibus ipsius Ecclesie, sicut in authentico scripto exinde facto continetur. In Falchestain [Falkenstain] unum Mansum; proventus decimarum de Insula, quas predictus Engilbertus Comes a Tergestina Ecclesia in feudum habuit, et in manibus nostris [nostris] expedito Monasterio S. Marie conservandas, et tuendas resignavit, sicut eas venerabilis Frater Noster VVernhardus Tergestinus Episcopus jam dicto loco rationabiliter contulit

… N. 528. presso la Bibl. Civ. di Udine.]

contulit, et Nos firmiter roboramus in perpetuum. In Villa que dicitur Riek tres mansos. In Villa de [illegible] unum mansum. In Tergesto predio Iulianae vineas, et famulos. In Plecio quatuor mansos. In Vivar unum mansum. In Villa de Piuresso duas mansos. Ut autem inviolata permaneat hec nostra inscriptio inemperpetuum temptante perpetuo anathemate cunjuda traditore damnamus, ac sigilli nostri impressione eam roboramus. Hujus facti testes ac contractus sunt. VVernhardus Tergestinus Episcopus. Vodalricus Prepositus majoris Ecclesie de Aquilegia. Otto Prepositus de Rattenburch. Engilbertus Comes de Gorizia. Meinhardus Comes de Histria. Heinricus Comes de Ortemburch, et frater ejus Otto. Poppo de Cuza. Asquinus et frater ejus. Heinricus de Moritz et alii quamplures.

Acta sunt hec anno incarnationis Dni M.C.L.XX.V. Ind. VIII. in Aquilegia in ipso palatio feliciter. Amen.

Ego Chunradus sancte Aquilegiensis Ecclesie Notarius precepto Dni VVodalrici ejusdem Sedis Patriarche hoc privilegium scripsi, et complevi anno Patriarcatus ejus XV. Amen

La Pergamena orig. è nel Civ. Museo di Udine.

Ne esiste altra copia in pergamena nell'Archivio Frangipane in Castelporpetto di cui fu tratta la copia recente, nel Vol. I del Cod. Dipl. Frangipane, dalla quale furono tratte le varianti e correzioni di questo esemplare. L'apografo Frangipane ha in fine:

Anno Domini M.C.XC.VI. Indict. XIIII. XII. die intrante mensis Octobris. In Civitate Aquilegia in camera domini Gumperti canonici. Ego Wilelmus imperialis notarius ut in autentico inveni nichil addens nichil diminuens rogatus istud scripsi privilegium.

[illegible]

1175, 25 maggio. Cividale. Il Patr. Vodolrico dona al Monastero di S. Maria di Cividale i beni in Azzida e S. Maria del Monte, rinunciati in favore, a patto che la Badessa non possa infeudarli od alienarli una con quei provocati dare sei pasti annualmente alle monache 38

Collezione Fontanini Vol. 648, p. 288. R. Arch. di Stato, Venezia
Edito dal Rubeis, M. E. A. 595

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos inde Wodolricus Dei gratia sancte aquilegensis ecclesie patriarcha et apostolice sedis legatus. notum esse volumus. omnibus Christi fidelibus. tam futuris quam presentibus. quod Herewicus de Civitate Austria fidelis noster bona que apud alzidam et sanctam mariam de monte a nobis et ab aquilegensi ecclesia in beneficium habebat in manu nostra refutavit ipsique monasterio sancte Marie in eadem civitate constituto contradi postulavit. eo tenore. ut ipse et uxor sua quamdiu vixerint. usumfructum eorundem bonorum percipiant. Si vero uxor predicti Herewici Irmingarda nomine. ipso defuncto supervixerit. ipsa in anniversario mariti sui sororibus exinde annuatim honestum servicium tribuat. Defunctis autem utrisque memorata bona cum omni integritate ad usum sororum eiusdem monasterii transeat. et predicte sorores annuatim sex honesta servicia ex ipsis habeant. Cuius siquidem petitioni divino intuitu benigne annuentes. eadem bona ut predictum est. ipsi monasterio tenenda et possidenda contulimus. et presenti pagina sigillo nostro insignita corroboravimus. Hoc autem adicimus. et statuimus ut nec tibi dilecta in Christo soror abbatissa liceat. nec alicui tibi succedenti eadem bona vel infeudare. vel alio modo a servicio ecclesie alienare liceat. successoresque nostros in Christo monemus ut quod nos tam pro ipsorum quam pro nostra salute fecimus. non infringant. sed stabile et inconvulsum custodiant. ut in extremo ./.

Trascritto dal Tomo 34 della Raccolta Mondelli - Lettera di Mr Lucio Doglioni sui Vescovi di Feltre e Belluno.

examine ante districtum iudicem eterne retributionis premia una nobiscum percipiant. Quecumque vero persona sciens contra hanc institutionis nostre paginam instinctu diabolis venire attemptaverit et predicta bona memorate ecclesie alienare voluerit nisi commonita resipuerit. hic et in futuro perpetuo anathemati subiaceat. et ira matris misericordie ad cuius honorem ipsa ecclesia consecrata est super eum veniat. et cum iuda christi traditore partem habeat. Huius collationis testes sunt. Martinus Concordiensis canonicus. Comes Wolvradus de Treven. et gener eius Comes Heinricus de Lechsemunde et ministeraliseorum. Fridericus rufus. et Etich. Andricus. Worlicus de Verona. Wuolframmus. Ruobertus conversus et Wecilo de Utino. et alii multi.

Actum est feliciter. anno dominice incarnationis. MCLXXV. indictione VIII. Kal. Junii. in ipsa Civitate Austria.

Ego Chunradus capellanus D. Patriarche ex mandato ipsius hanc paginam composui. scripsi. et dedi.

Dalla pergamena orig. nell'Arch. del Monastero Maggiore di Cividale.

NB: Veggasi atto 21 7bre 1201 ove del Co. Enrico di Lechsemunt

... presso la Bibl. Civ. di Udine.]

1176, 7 Luglio. Roma. Bolla di Pp. Alessandro III al Preposito e Capitolo d'Aquileja di conferma di tutte le antiche donazioni.

Alexander Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Wolrico Preposito et canonicis Ecclesie Aquilegensis tam presentibus quam futuris canonice substituendis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur quod rationi conveniat et conveniat honestati, animo nos decet libenti concedere et effectum iusta petentibus indulgere. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam Ecclesiam in qua divino estis obsequio mancipati sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones quecunque bona eadem Ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Villam de Melereto cum omnibus finibus et pertinentiis suis scilicet cum Villa Sclavorum que similiter dicitur Meleretum, Palmata, Ronca et Ronchetas cum vineis, agris, pratis, pascuis, cultis et incultis, silvis et venationibus usque ad silvam Sancti Laurentii et usque ad Villam que dicitur Cleulan et usque ad Villa que dicitur Antonianum et usque Feletas et usque Bicinis et usque ad Villam Sancti Stephani et usque Tissan et usque ad Villam que dicitur Presseriano. Villa quoque de Castellone et de Mursiano cum finibus et pertinentiis suis a Villa Sancti Andree usque ad Villam que dicitur Gonarium et usque ad silvam cum omnibus redditibus suis, cum vineis, agris, pratis, pascuis, cultis et incultis, paludibus et silvis, cum venationibus, cum aquis aquarumque decursibus, cum molendinis et piscationibus, Villam etiam de Mariano et Villam de Carlinis et Villam Sancti

Trascritto dal Tomo 34 della Raccolta Mandelli – Lettera di Mr Lucio Doglioni sui Vescovi di Feltre e Belluno.

Georgii et Villam de Matiana cum omnibus redditibus suis cum cum
omnibus finibus et pertinentiis suis, cum campis, vineis, pratis, pascuis,
cultis et incultis, cum aquis aquarumve decursibus ac molendinis, insulis
a mari et a flumine quod dicitur Lernium usque ad Aquam que dicitur
Arvuncas cum paludibus et piscationibus, cum silvis et venationibus,
Ecclesia Baptismales Aquilegensis Patriarchatus cum Capellis sibi pertinenti=
bus sicut eas pacifice possidetis. In foro Aquilegensi triginta Stationes
et in Portu Piri viginti. Quinquaginta mansos in Osellan cum Ecclesiis
et decimis. Villam de Farra cum adiacentibus Villis videlicet Villa
de Petslan et Dramsan et Sebredam et Villa Nova, Gradisca, Brecina
cum omnibus pertinentiis suis a monte qui dicitur Garst usque ad Stratam
Ungarorum et usque ad Villam que dicitur Hago cum Ecclesiis et omnibus
pertinentiis, pratis, silvis, pascuis, cultis et incultis, venationibus et
piscationibus et omni iurisdictione Imperiali prout Imperator Otto
bone memorie Aquilegensi Ecclesie et Canonicis tradidit. Etiam in Carnia
Villam de Periules et Villam de Nogarias et Villam de Felas in
monte Sancti Petri et montem de Tenca et quatuor mansos in Villa
de Avale et Villam de Battalia et tres mansos apud Egnan
et novem mansos apud Pinzan et quindecim mansos apud Gruan et
quendam montem apud Vengon. Preterea sicut Burchardus Advocatus
Aquilegensis Ecclesie et postea Henricus Placitum Advocatie in manu Pa=
triarche Volrici refutaverunt pro se et successoribus suis super omnibus bonis Aqui=
legensis Ecclesie attinentibus cum omnibus districtis, usibus et pertinentiis, ita
et nos auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino
hominum liceat supradictam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones
auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare,

[... presso la Bibl. Civ. di Udine.]

sed illibata omnia et integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Aquilegensis Patriarche canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum Iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen — — Amen.



(Signum Curie Romane)

(Signum Notarii)

Alexander Catholice Ecclesie Episcopus

+ Ego Willelmus Hostiensis Episcopus scripsi
+ Ego Johannes presb. Card. SS. Johannis et Pauli tituli Pammachii ss.
+ Ego Albertus presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina ss.
+ Ego Ubaldus presb. Card. tit. S. Petri ad vincula ss
+ Ego Boso presb. Card. S. Pudentiane tit. Pastoris ss.
+ Ego Johannes presb. Card. tit. S. Marci ss.

Trascritto dal Tomo 34 della Raccolta Mandelli – Lettera di Mr Lucio Doglioni sui Vescovi di Feltre e Belluno.

+ Ego Theodinus presb. Card. S. Vitalis tit. Vestine ss.
+ Ego Manfredus presb. Card. tit. S. Cecilie ss.
+ Ego Petrus presb. Card. tit. S. Susanne ss.
+ Ego Jacintus diac. Card. S. Marie in Cosmydin ss.
+ Ego Cynthius ? diac. Card. S. Adriani ss.
+ Ego Hugo diac. Card. S. Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
+ Ego Laborans diac. Card. S. Marie in Portica ss
+ Ego Raynerius diac. S. Georgii ad velum aureum ss.

Datum Anagni per manum Gratiani S. R. Ecclesie Subdiaconi et Notarii Nonis Julii, Indictione nona. Incarnationis Domini Anno MCLXXVI. Pontificatus vero D. Alexandri PP. III. Anno XVII.

Edita Ughelli, Italia Sacra V, 69 e corretta sull'originale da mons. Francesco Florio. Dipl. Aquil. VII Bibl. Florio in Udine.

... presso la Bibl. Civ. di Udine.]

1176. 12 Febbrajo. Cividale. Il patriarca d'Aquileja Wodorlico II accorda a Cividale privilegio di Foro (mercato) come Aquilesa ed altre esenzioni.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Oulricus dei gratia Sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarcha. Apostolice Sedis legatus. dilectis in Christo filiis universis civibus Austrie Civitatis in perpetuum. Commisse nobis sollicitudinis exigit cura. ut ea que Sancte Aquilegensis ecclesie cui auctore domino deservimus cognoscimus esse profutura propensiori studio promovere satagamus. filios etiam eiusdem ecclesie precipue autem eos qui in fide ac devocione ipsius ecclesie prestiterunt benigne provisionis oculo respicere ac eorum necessitatibus opem misericordie impendere debeamus. Ea propter forum quod bone memorie antecessor noster Patriarcha Pelegrinus in Civitate vestra statuerat publice habendum. nos quoque ad instanciam et peticionem vestram cum omni benignitate auctoritate nobis et ecclesie nostre Imperiali clemencia collata vobis confirmamus statuentes ut universi predictum forum adeuntes talem mutam qualis in Aquilegensi foro dari solet nobis et successoribus nostris persolvant. Vos autem qui nunc habitatores estis et heredes vestros et homines vestros ubicumque constitutos et cunctos circa Civitatem vestram manentes qui ad opera et vigilias iam dicte Civitatis spectare noscuntur ab onere pretaxate mute receptis a nobis. XXXII. marcis absolvimus

Trascritto dal Tomo 3.4 della Raccolta Mandelli – La Bolla. d. Mr Lucio Doglioni sui Vescovi di Feltre e Belluno.

et in perpetuum absolutos esse volumus. Homines eciam dilectorum ministerialium nostrorum Henrici de Glemona et Herebordi de Pertegnsteyn et heredum ipsorum ob specialem fidem et devocionem quam nobis et sancte Aquilegensi ecclesie exhibent eandem mutam indulgemus. Advocatum eciam qui specialia nobis et successoribus nostris servicia exhibeat nec non et Iuratos qui una cum ipso iura fori fideliter manu tenere debeant in ipso foro esse volumus. Alia eciam que iam dictus antecessor noster de ipso foro instituit et privilegio suo communivit inconcussa esse decernimus. videlicet ut negociatores ibi domos habentes quisque pro uno passu de terra nostra quam occupavit duos denarios frixachenses monete singulis annis in Purificacione sancte Marie nobis ac successoribus nostris persolvant. Et eandem terram hereditario iure ipsi et heredes ipsorum habeant. vel quibuscumque ipsi et heredes eorum dare. commutare vel vendere voluerint. liberam potestatem et licenciam habeant absque nostra et successorum nostrorum contradicione vel investiture concessione. persolventes dumtaxat

a. Avvocato e Giurati di Cividale tenuti.

[... Bibl. Civ. di Udine.]

nobis constitutum fictum nostrum et pretta dabitam iusticiam. Nec successores nostri nec advocatus noster. nec nos supra eos aliquas exaciones habeamus. domos eciam eorum nulli inbeneficiare debeamus. Hec autem supradicta que nos ad commodum et incrementum sancte Aquilegensis ecclesie fecimus tanta in perpetuum firmitate stabilita esse volumus. ut nec nobis nec successoribus nostris ea quoquomodo infirmare vel contra hec aliquo tempore venire liceat.

Actum est feliciter in ipsa Civitate Austria Anno dominice incarnacionis. Millesimo. C. L. X X VI. Indicione nona. XII. die mensis februarii. Huius rei testes sunt, Oudalricus Aquilegensis Archidyaconus et prepositus. Gothefredus Sextensis Abbas. Peregrinus Civitatensis prepositus. Jonathas sancti Felicis prepositus. Chuncio Concordiensis prepositus. Romulus Aquilegensis Magister Scolarum et Capellanus. Johannes Civitatensis Magister Scolarum. Reginhardus. Martinus Capellani. Conradus Cantor clericus. Comes Engelpertus Advocatus Aquilegensis. Comes Woloradus de Treven. Conradus de Fontebono. Henricus et Rantolfus fratres de Villalta. Leonardus de Lezes: liberi. Henricus de glemona. Herebordus de Pertensteyn. Erumbertus. Wolframus. Ruobertus. Albero et Megynhardus fratres. Johannes et Oulricus

I. Vendesi l'Avvocato della chiesa di Aquileia.

Trascritto dall Tomo 34 della Raccolta Mandelli – Lettera di Mr Lucio Doglioni sui Vescovi di Feltre e Belluno.

de Portis fratres. Egidius. Oulricus. Ruſardus et Henricus cives ipsius Civitatis et alii multi.

Ego Conradus Capellanus domini Patriarche interfui. et ex mandato domini Patriarche hanc paginam scripsi et dedi.

Autenticum predicti privilegii ~~sub~~ sigillo pendenti dicti d. Patriarche Oulrici est in servamine in sacristia Ecclesie Civitatensis

---

NB = Diploma edito dal de Rubeis M. E. Aq. col. 599, in base a trascrizione poco esatta.

… presso la Bibl. Civ. di Udine.]

= 1177. 31 Marzo. Venezia nella Calle dell'Ospital di S. Marco.

Pace seguita in Venezia fra Uberto Vicedomino di Piacenza e Podestà di Treviso ed Olderico II Patr.a d'Aquileja pei danni che i Trevigiani avevano in Cavolano recato alle genti del Patr.ca = (il Bonifacio non ricorda questo fatto)

411

Anno Dni MCLXXVII ult.o die exeunte Martio. Indic. X. In presentia Dni Olderici Tarvisini Epi, Dni Gerardi Concordiensis Epi, Dni Drudi Feltrensis Epi. Ezelini de Romano, Iohannis boni judicis. Todomari, Albertini - - - - Aliotti de Warda. Enrici Paradisi. Iacobi de Campo ... Angeli Bertaldini. Iacobini de Wasconi. Obertus Placentinus Vicedominus et Tarvisii potestas vadiavit CC et X lib. Veron pro se et Com. Tarvisii Dno Olderico Aquil. Patche usque ad exitum Madii, quas abstulerat hominibus de Cavolano. Fidejussores fuerunt Adelmerius de Rinbo, Wido Judex ac Henrigetus ... et Adigerius de Coneglano. Et juravit ipse Obertus per suum missum per Dei Evangelia quod ita attendet ut supra legitur pro se et Communi, et promisit ei verbo demum legaliter quod si aliquis Tarvisinus occasione collecte vel alterius rei aliquid abstulerit hominibus Dni Patche quod precipiet ei sub pena sacramenti ut reddat; si vero reddere noluerit quod faciet justitiam Dno Patche exceptis minimis rebus ablatis causa comedendi. Unde suprascripta potestas remisit manuspeci alem offensam in manu Dni Patha ut inde diceret quod vellet. Item Dnus Patha fecit finem per fustem de eo toto quod Cavolani evenerat propter illum exercitum. Item ipsa Potestas remisit omnia sacramenta in manu Dni Patche que facta fuerant sub ipso hominibus de Caniva salvis antiquis securitatibus. Item suprascripta Potestas juravit ad Sancta Dei Evangelia quod id quod Canive fecerat ad injuriam Aquil. Ecle nec Domini Patche fecerat. Et ita osculati sunt ad invicem osculo pacis.

Actum in Venetiis in Caminata Hospitalis S. Marci. Ego Pelegrinus Not. interfui et ut vidi et audivi jussu Potestatis scripsi. (Ex Mon. Forojul Cl. V. Caroli Fabritii)

Trascritto dal Tomo 34 della Raccolta Mandelli - Lettera di Mr Lucio Doglioni sui Vescovi di Feltre e Belluno.

1177, 6 Aprile. Venezia. Papa Alessandro III conferma i suoi possessi al Monastero di Millstatt. 42

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filiis henricho abbati monasterii sancti Salvatoris quod in salzburgensi parrochia in loco qui milistat dicitur situm est eiusque fratribus tam presentibus quam futuris salutem et apostolicam benedictionem religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum sancti Salvatoris monasterium in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar predecessorum nostrorum felicis memorie Calixti Innocentii et Eugenii romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis Curiam ubi ipsum monasterium situm (est) cum suo iure, Curiam postmtingen. Curiam Simmerich. Villam apud chirchem. Curiam dourob. Curiam lobinstorf Villam que Millstat dicitur. Villam Moniach. Villam sancti focati. Curiam que vocatur eberstein. Curiam que vocatur lomarsdorf. Curiam que vocatur luch. aliam Curiam que dicitur Muldorf.

Tria quoque loca frixoriorum. Due octave partes in fonte qui vocatur
Nourgerepret et due. VII. partes in canali qui vocatur Hourula
iuxta loca sedilia domorum in civitate Halla item omnia que
loca comes Ratisbonensis dedit vobis in Linzowe. Decimam quam con=
cessit Salzburgensis Archiepiscopus dedit vobis in parochia Lisere Curiam
que vocatur tibria cum piscatione sua. Villam sancti Focati
cum capella. Villam apud chinchein cum sua capella. Villam qua
Milstat dicitur cum capella. Villam Maniach cum sua capella.
Curiam que bunch dicitur cum capella. Villam legnemholz cum capella.
Villam Doberochesvelden cum capella. Villam sancti Urbani
cum capella. Villam Rachtin cum capella. Predium apud montem
qui fratres dicitur Curiam Suarcenbahc cum capella. Predium
vicense cum capella. Villam dulmatisdorf cum capella. Obeunte
vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum
nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur.
nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sa=
nioris secundum dei timorem et beati Benedicti Regulam providerunt
eligendum sepulturam quoque ipsius loci liberam omnino esse decerni=
mus ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni et extreme
nisi forte excomunicati vel interdicti sint nullus obsistat. salva
tamen canonicha iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora
assumuntur. Advocatum sane locus vester ad defensionem suam sicut
constitutum est libere sortiatur. Ita tamen ut neque ipsi advocato

neque persone alicui liceat eiusdem monasterii possessiones preter eorundem fratrum assensum in feudum cuilibet seu in beneficium tradere. Qui etiam si quod absit Monasterio inutilis fuerit liceat vobis eo ammoto alium substituere nec episcopo vel aliquo liceat in capellis eidem cenobio subditis sine vestra petitione ponere sacerdotes. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed illibata omnia et integra conserventur eorum pro quorum gu=bernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Ad indicium autem a sede aposto=lica percepte protectionis aureum unum nobis nostrisque succes=soribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita (sic) nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit pote=statis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructus bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

(L.S.)[1] Ego Alexander Catholice Sedis Episcopus subscripsi [monogram]

+ Ego Manfredus Prenestinus Episcopus subscripsi

+ Ego Johannes neapolitanus Cardinalis presbiter tituli Sancte Anastasie

+ Ego Cinthius diaconus Cardinalis sancti Adriani subscripsi

+ Ego Ugo diaconus Cardinalis sancti Eustachii iuxta templum Agrippe

+ Ego hugo sancti Angeli diaconus Cardinalis subscripsi

+ Ego Ragnerius diaconus Cardinalis sancti georgii ad velum aureum subscripsi.

Datum Venetiis in Rivo Alto per manum Gerardi Sancte Romane Ecclesie Subdiaconi et Notarii VIII Idus Aprilis Indictione. X. Incarnationis dominice Anno M.C.LXX.VIII. Pontificatus vero domini Alexandri pape III. Anno XVIII.

[Da copia, fatta sull'originale membranaceo munito di bolla di piombo, l'anno 1446, 7 Maggio, in Pordenone, dal cancelliere di questo Comune Gottardo di San Antonio di Pordenone alla presenza del Podestà Giacomo de Rubeare e de due Giudici, autenticata altresì da altri due Notai di Pordenone] nell'I. R. Archivio di Stato in Vienna, Repertorio XXIV.

1) Il sigillo porta le parole: Vias tuas domine demonstra mihi — Sanctus Petrus sanctus Paulus. Alex - ander Papa - III.

Privilegia Imperialia Reverendi Capituli Aquileien. et Regale van[illegible] c[illegible] pallii et electionis Patriarche

primus. 1178.
ultimus 1508

Privilegium Federici Imperatoris in confirmationem omnium bonorum R. Capli Aql.

1178 In nomine sanctae et Individuae Trinitatis. Federicus divina
Favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, Ad eternae
Beatitudinis meritum, et Prosperum Temporalis Imperij Guberna-
culum apud Regem Regum, Credimus nobis proficere si Iustas
Spiritualium Personarum petitiones, circa Ecclesiarum opportu-
nitates Clementer attendamus, Ipsarum Iura confirmando, neque
Clipeo protectionis eas ob Iniuriarum occursibus defendendo:
Noverit Igitur Christi, et Imperij nostri Fidelium praesens aetas, et
futura, Quatenus nos Intuitu divinae retributionis, et simul ob
Petitionem dilecti, ac Fidelis nostri Vulrici venerabilis Prae-
positi et fratrum suorum maioris scilicet Ecclesiae In Aquilegia
Canonicorum eandem Ecclesiam Sanctae Mariae sedis Pathriarchalis
cum Personis, et Possessionibus, Cunctisque bonis, ac dominijs eius
In nostrae Tuitionis Patrocinium suscipimus, Eamque per omnia salvam,
et quietam consistere volumus, Universas ergo Possessiones, et
quaelibet Bona, quae eadem Ecclesia largitione Regum, vel Imperatorum,
Concessione Pontificum, oblatione Fidelium, vel alio quovis Iusto Aqui-
sitionis Titulo possedit, aut In futurum rationabiliter adipisci poterit
Imperiali nostra authoritate Ipsi Ecclesiae Confirmamus et ut Praeposito, fratribusque
qui nunc in eadem sunt Ecclesia, eorumque successoribus firma semper
et Illibata permaneant perpetua sanctione Statuimus, In quibus
haec proprijs duximus exprimenda vocabulis. Villam de
Melereto cum omnibus finibus, et pertinentijs suis .s. Cum villa
Sclavorum, quae similiter dicitur meleretum, et Pacinata, et Roncha
et Ronchetas cum agris, vineis, Pratis, Pascuis, cultis, et Incultis,
Sylvis, et venationibus usque ad sylvam Sancti Laurentij et usque
Ad villam, quae dicitur Chiclan, et usque ad villam quae dicitur Anto-
nianum, et usque Jebias, et usque Bicinis, et usque ad villam S. Ste-
phani et usque Tissum, et usque ad villam quae dicitur Persoriano: villamque
de Castellono, et de mursiano cum finibus, et pertinentijs suis a villa
Sancti Andreae usque ad villam, quae dicitur Gonarium, et usque
Ad Sylvam Cum omnibus redditibus suis, Cum vineis agris, Pratis
Pascuis, cultis, et Incultis, Paludibus, et Sylvis, Cum venationibus
Cum Aquis aquarumque decursibus, cum molendinis, et Piscationibus,
villam etiam de Mariano, et de Carlinis, et villam de meciana,

Et villam S. Georgij cum omnibus redditibus suis, una cum omnib(us)
finibus et pertinentijs suis, cum campis, vineis, pascuis, pratis, cultis, et
incultis, cum aquis aquarumque decursibus, ac molendinis, et venationibus a
mari et a flumine quod dicitur Corninum, usque ad aquam quae dicitur Arusens,
cum paludibus et piscationibus, cum silvis et venationibus, Ecclesias
Baptismales Aquilegiensis Patriarchatus in omni iure, et prius quiete,
sicut eas eadem Ecclesia hactenus possedit, et tenuit cum capellis
sibi pertinentibus, in foro Aquilegien(si) tertiam stationem, et in
Portu piri viginti: et quinquaginta mansos in Ossellam cum Ecclesijs,
et decimis, villam de Farra cum adiacentibus villis, scilicet villa de
Petolan, et Dranglan et Fabredan, et villa nova Gradisca, et Bren-
na cum omnibus pertinentijs suis a monte qui dicitur Carst usque ad stratam
Ungarorum, et usque ad villam quae dicitur Stago cum Ecclesijs, et omnibus per-
tinentijs suis, pratis, silvis, vineis, pascuis, cultis et incultis, ve-
nationibus, et piscationibus, et omni iurisdictione, sicut Fel. Re. prae-
decessor noster Divae memoriae Imperator Otto Aquilegien(si) Ecclesiae et
Canonicis tradidit; Et in Carnea villam de Fernules, et villam de
Hogarias, et villam de Jellas in monte Sancti Petri et montem de
Lima, et quatuor mansos apud villam de Avalle, et villam de Ra-
tallia, et tres mansos apud Ignan, et novem mansos apud Prizan
et quindecim mansos apud Gruan, et quendam montem apud Venzon;
Praeterea fuit sicut Patriarchus Aquilegien(sis) Ecclesiae Advocatus,
et noster Henricus placitum Advocatiae in manu Patriarchae
Udalrici pro se et suis successoribus refutarunt super omnibus bonis,
Aquilegien(sis) Ecclesiae pertinentibus, omnibus districtis, usibus et pertinen-
tijs, et hoc placitum, districtum, et cetera huiusmodi iura eid(em)
Ecclesiae Imperialis authoritatis statuto confirmamus, et stabili-
mus. Decernimus ergo, et nostrae Maiestatis Edicto statuimus, prae-
cipimus, quatenus de caetero persona magna vel parva, saecularis
vel Ecclesiastica, supradictam Ecclesiam audeat temere perturbare
aut suis possessionibus auferre, vel iniuste detinere, et iuri aut
honori ipsius in aliquo detrahere vel ipsam in nullis ullis suis
pertinentijs molestare, devastare, seu damnificare: Sed omnia
ei specialiter illibata, integra, et illaesa conserventur eorum pro
quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus pro-
futura

futura, salua in omnibus Imperiali Iustitia et Aquilegiensis Patriarche Canonico Iuri: Siquis autem huic nostre Donationi confirmationi infirmare et proprio ausu temerario aliquatenus contraire presumpserit, Pena Centum libras auri purissimi sit condemnatus, quarum media pars fisco nostro, Reliqua Pars Preposito, et Canonicis persoluatur. Et ut prelibata nostra hec expeditio perpetuo rata, et inconvulsa permaneat, et obliuione non fuscantur, Eiusdem Priuilegij unius Paginam fecimus inde conscribi, et nostre Maiestatis sigillo roborari. Hominumque testium aliqua de multis, qui In Donatione huius Priuilegij nostri aderant, placuit annotari: Vlricus Patriarcha Aquilegiensis, Vigmannus Magdeburgensis Archiepiscopus, Christianus Moguntinus Archiepiscopus, Arnoldus Treuerensis Archiepiscopus, Philippus Coloniensis Archiepiscopus, Eberaldus Bisuntinus Archiepiscopus, Eberardus Merseburgensis Episcopus, Rudolphus Argentinus Episcopus, Conradus Wormatiensis electus, Arnoldus Osnaburgensis Episcopus, Anno Mindensis Episcopus, Gerardus Concordiensis Episcopus, Sifridus Cenetensis Episcopus, Wortuinus prothonotarius, Florentinus Comes Holandriae, Henricus Comes de Dietsa, Boppo Comes de Wertem. Iacobus filius Ducis Veneciae, et marcus mauro cenus, Petrus Trausarius, Laurellus Ferraria, Gargapan Veronensis, Martinus de Castello, Vlricus de Aisono, et alij quamplures: Signum Domini Federici Ro. Imperatoris Inuictissimi;

Ego Gotefridus Cancellarius vice Philippi Coloniensis Archiepiscopi, et Italici Regni Archicancellarij Recognoui. ~~Acta sunt haec~~

Acta sunt haec Anno Dominice Incarnationis Millesimo, Centesimo, septuagesimo octauo, Indictione decima, Regnante Domino Federico Romano Imperatore Gloriosissimo, Anno Regni eius xxvj. Imperij uero xxiiij.

Datum In Territorio Veronensi apud Monasterium Sancte Trinitatis xiij° Kal. Augusti mensis. feliciter Amen,

Priuilegium Ottonis Imperatoris in confirmationem omnium bonorum R. capituli Aquil.

In nomine Sancte, et Indiuidue Trinitatis. Otto quartus diuina
1208 fauente Clementia Romanorum Rex, et semper Augustus, Ad eterne Beatitudinis meritum, et nostrorum temporalis Imperij Gubernaculum, Ad Regem Regum credimus nobis proficere si singulas spiritualium personarum Petitiones circa Ecclesiarum opportunitates

clementer attendamus, eorum Jura confirmando, nec non clipeo
protectionis, eas ab Iniuriarum incursibus defendendo: Henricus
Igitur Christi, et Imperij nostri Fidelium praesentes, et futuri, quatenus
Nos Summae divinae retributionis, et simul ob petitionem dilecti, ac
Fidelis nostri Principis nostri Vdolrici venerabilis Aquilegiensis
Ecclesiae Patriarchae, totiusque Capituli sui, Eandem Ecclesiam Sanctae
Mariae Sedis Pathalis Cum Personis, et Possessionibus, Cunctisque
bonis, ac pertinentijs eius In nostrae Tuitionis Patrocinium suscipimus, eamque
per omnia salvam et quietam consistere volumus. Universas vero Pos=
sessiones, et quaelibet bona, quae eadem Ecclesia largitione Regum vel Im=
peratorum, Concessione Pontificum, oblatione Fidelium, vel alio quovis
Iusto Acquisitionis titulo possidet, aut In futurum rationabiliter adipisci
poterit, Regali nostra authoritate Ipsi Ecclesiae Confirmamus, et ut Prae=
posito fratribusque qui nunc In eadem sunt Ecclesia, eorumque succes=
soribus firma semper et illibata permaneant perpetua sanctione sta=
tuimus. In quibus haec proprijs duximus exprimenda vocabulis;
Villam de Molereto Cum omnibus finibus et pertinentijs eius simul cum
villa Sclavorum, quae etiam Monasterium dicitur et Palmata, et Roncha
et Ronchettos cum Agris, vineis, Pratis, Pascuis, Cultis et Incultis
sylvis, et venationibus usque ad sylvam sancti Laurentij, et usque ad
villam, quae dicitur Sinda, et usque in villam, quae dicitur Autorianum, et usque
Fellettas, et usque Bicinis, et usque ad villam sancti Stephani, et usque
Cassan, et usque ad villam quae dicitur Porciano, Villamque de Castellono
et de Mursiano Cum finibus et pertinentijs eius et villa sancti Andreae
usque ad villam, quae dicitur Donarium, et usque ad sylvam cum omnibus redditibus
eius cum vineis, Agris, Pratis, Pascuis, Cultis, et Incultis, Paludibus
et sylvis cum venationibus, Cum Aquis Aquarumque decursibus cum
molendinis et Piscationibus, villam etiam de Mariano, et villam de
Carlinis, et villam sancti Georgij, et villam de Muciana cum omnibus
redditibus eius Una cum omnibus finibus et pertinentijs eius, Cum Cam=
pis, vineis, Pratis, et Cultis et Incultis, Cum Aquis, Aquarumque decur=
sibus ac molendinis et Incultis a mari, et a flumine, quod dicitur Cormin
usque ad Aquam, quae dicitur Arnuncus cum Paludibus, et Piscationibus, Cum
sylvis, et venationibus, Ecclesias Baptismales Aquilegiensis Pa=
triarchatus cum omni Iure, et pacis quiete, sicut eas eadem Eccle=
sia hactenus Possedit, et tenuit cum Capellis sibi pertinentibus, In foro
Aquilegiensi triginta Stationes In Porta Piri septem, quinquaginta
mansos

Mansos in Osellan cum Ecclesijs, et decimis, villam de Farra
cum adiacentibus villis et villa de Petolen, et Dransan, et Sabrodan
et villa noua, Gradisca, et Brumma cum omnibus pertinentijs suis a monte
qui dicitur Carst usque ad montem Inganerium, et usque ad villam q dr
Hago cum Ecclesijs, et omnibus pertinentijs suis, pratis, sylvis, vineis
Pascuis, cultis, et incultis, venationibus, et Piscationibus, .. omni iuris
dictione, sicut predecessor noster diuae Memoriae Otto Imperator Aquile
giensi Ecclesiae, et Canonicis tradidit: Et in Carnia villam de Per
nibus, et villam de Hogarias, et villam de Fellas in monte Sancti Petri
et montem de Tencasos apud Iuzan, et eundem mansos apud Grunan
et quendam montem apud Venzon: Praeterea sicut Burcardus Aqui
legiensis Ecclesiae Aduocatus, et postea Henricus [illegible] Aduocatiae
in manum Patriarchae [illegible] pro se, et suis successoribus refuta
runt super omnibus bonis Aquilegiensis Ecclesiae pertinentibus, cum omnibus
districtis, redditibus, et pertinentijs, in et hoc Placitum et districtum,
et cetera huiusmodi iura eidem Ecclesiae regalis Authoritatis Edicto
Confirmamus, et Stabilimus. Decernimus ergo, et nostrae Maiestatis
Edicto Statuimus precipimus quatenus nulla deinceps persona
alta, uel humilis, Ecclesiastica uel secularis sepedictam Ecclesiam au-
deat perturbare, aut suis Possessionibus auferre, uel diminuere deti-
nere, et iuri, aut honori suo in aliquo detrahere, uel ipsam in
iudicijs suis pertinentijs violenter vexare, seu dampnificare, sed
omnia ei spectantia illam integra et illibata conseruentur eorum
pro quorum Gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus
profutura, salua in omnibus imperiali iustitia, et Aquileiensi
Patriarchae Canonico iure: Si quis autem huius nostrae iussioni, Confir
mationi, stabilitioni, et praecepto ausu temerario aliquatenus contra
ire praesumpserit, Poena Centum librarum auri Purissimi se Con
dempnatus, quarum media Pars Fisco, Residua Pars Praeposito,
et Canonicis Ecclesiae persoluantur. Ut vero haec suprascripta predictae
Ecclesiae rata et inconcussa permaneant et ne obliuione pereant
Presentem Priuilegij huius Paginam fecimus inde conscribi, et nostrae
Maiestatis sigillo roborari; Huius Rei testes sunt Oddo Frisin
gensis Episcopus, Mengolinus Pataviensis Episcopus, Artuicus Eystetensis Episcopus,
Cunradus Ratispon Episcopus, Cunradus Brixinensis Episcopus, Reynaldus
Curiensis Episcopus, Fridericus Tridentinus Episcopus, Joannes Cameracensis
Episcopus, Sifridus Augustensis Electus, Ludouicus Dux Bauariae
Mombardus Comes Goritiae Comes Pal. de Vingl. Comes Albertus

de Tirol, Comes Ulricus de Eppan. Comes Egino de Ulime, Comes Albertus de Everstein, Henricus marescalcus de Kalendin. Gun-
- ...nus Dapifer, Gualterus pincerna, et alij quamplures.

Signum dni Ottonis Quarti Ro. Regis invictissimi.

Ego Conradus Spiren. Epus, et Regalis Aule Cancellarius vice domini Sifridi Maguntin. Sedis Archiepiscopi, et totius Germanie Archicancellarij Recognovi.

Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis, Millesimo ducentesimo, octavo, Regnante dno Ottone quarto Romanorum Rege Glorioso. Anno Regni eius Undecimo: Datum apud Augustam Idus Ja- nuarij. Indictione xij.

Ego hieronymus de hieronymis civis, et notarius Utinensis Collegiatus suprascripta duo Imperialia privi- legia, videlicet alterum D. Federici Imperatoris: et alterum D. Ottonis quarti Ro: Regis. Ex Quodam authentico, seu Libro privilegiorum Rdi Capli Aquilegien. transumpto, fideliter extracta concordantia: et pluribus legalium notariorum sub- scriptionibus et signis roborata, alterius notarij manu transcripta et exemplata fideliter ac diligenter Collatio- nata sunt, concordantia et prolegi: Et Cum ea per omnibus cum autenti- cis privilegijs suprascriptis Consonare et Concordare invenerim: Ideo in fidem premissorum manu mea subscripsi: signum- que meum tabellionatus apposui: Die. xiiij. mensis Junij. 1540. Inditione. xiij.

Nos Joannes Ant. ... gerentes pro Illmo et Exmo. dno. D. Venetiarum ... ... Fori Julij Locumtenente fidem facimus, et attes- tamur suprascriptum Dnum hieronymum de hieronymis esse pubm. legalem et authenticum notarium, cui, eiusque scripturis publicis plena hic adhibetur fides, et locis ubique merito est stari semper.
In quorum fidem
Utini die 14 mensis Junij. 1540.

Paulus Capitaneus not. et ad ... cancell.
... man.

An. 1177.

265

44

1177. Venezia. Pp. Alessandro III conferma al Patriarca d'Aquileja Vdalrico, la giurisdizione e i possessi concessi al Patriarcato.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei

Venerabili Fratri Vdalrico, Aquilejensis Ecclesie Patriarche eiusque successoribus canonice instituendis in perpetuum.

Licet omnium Apostolorum par esset dilectio, et omnes ligandi, et absolvendi eandem acceperint potestatem, iuxtà verò tamen B. Leonis velut quedam servata est iuxta eos distinctio dignitatis, per uni datum est ut ceteris presideret. inque eodem utique modo in Ecclesia Dei officiorum facta est, dignitatumque diversitas, et ad maiora ministeria exercenda maiores sunt statute persone, que et prerogativa dignitatis eminerent, et aliarum curam haberent ampliorem...

Inter verò de dignioribus, et nobilioribus Ecclesijs Occidentis ab antiquis temporibus Aquilejensem constat Ecclesiam extitisse, que et excellentia dignitatis eminuit, et Sacrosancte Romane Ecclesie fideliter, et devote noscitur adhesisse, unde et Apostolica Sedes eidem Ecclesie semper iura, et dignitates suas conservavit attentius, et Prelatos eius propensius honoravit, et iustas postulationes eorum benignius admittere consuevit.

Quapropter venerabilis in Christo frater, Aquilejensis Patriarcha tibi, et per te sancte Aquilejensi Ecclesie, cui Auctore Dei preesse dignosceris ad exemplar predecessoris nostri bone memorie Adriani Pape, potestatem super sexdecim Episcopatus, videlicet Polensem, Tergestinensem, Parentinensem, Petenensem, Emoniensem, Concordiensem, Tarvisiensem, Cenetensem, Bellunensem, Feltrensem

Paduanensem, Vicentinensem, Tarvisinensem, Mantua:
nensem, Veronensem, Cumanensem, Metropolitico Iure
concedimus.

Ist. Iustinopolitanam vero Ecclesiam, quam tibi, et Ecclesiae tuae
nominatim confirmamus, Sedem Episcopalem de com:
munium Fratrum nostrorum Consilio instituimus, ita qui:
dem, ut Venerabilis Frater Noster Wernardus nunc
eiusdem loci Episcopus tam illam, quam Tergestinam Ec:
clesiam, nec non et totum Episcopatum, quandiu vi:
xerit debeat obtinere, et eo defuncto liceat tibi de
consilio suffraganeorum tuorum cum Sedis Apostolicae Au:
ctoritate in utraque si volueris, et facultates
earum ad hoc sufficientes agnoveris, Sedem resti:
tuere Pontificalem.

Abb. Abbatias quoque Ossianensem, Rosiacensem, Velama:
nensem, Mosiacensem, Sextensem, Brixensem
S. Mariae ad Organum, S. Euphemiae de Villa
Nova, Siticensem, Obernburgensem, Aquileiae
unum Monasterium Sanctimonialium, al:
terum in Civitate Austriae constructum in hono:
re B. Genetricis semper Virginis Mariae, tibi,
tuisque successoribus duximus roborandam, no:
minatim nobis et S. Michaelis de Lemine
Praepositura, Aquileiense Civitate, tamen S.
Stephani, S. Felicis, S. Odorici, ecclesiam S. Georgij
in Urbe Venetiarum sitam iuxta Episcopalem Sedem
cum omnibus pertinentijs suis.

Pallij vero usum rationabili, atq: veraci qui prae:
decessoribus tuis pro ipsius Cathedrae dignitate a:
[illegible]

[illegible]

Tantus capitulis nostri et ad [illegible]
[illegible] man.

Nostris Antecessoribus est concessum, Nos tam Tibi,
quam tuis Successoribus confirmamus, his videlicet
diebus, qui in Ecclesię tuę privilegio continentur.
Sane quacumque perrexeris Crucem ante Te, et
tuos Successores deferendi licentiam auctorita-
te B. Petri et Nostra sancimus.

Porro Comitatum, Marchiam, et Ducatum Regalibus seu
Imperialibus privilegijs Ecclesię tuę concessa, Nos quo-
que praesentis Decreti sanctione nihilominus ro-
boramus.

Statuimus etiam ut quascumque Possessiones, quęcumque
Bona Aquilejensis ecclesia in praesentiarum iuste
ac legitime possidet aut in futurum praestante Deo
poterit adipisci firma tibi tuisque Successoribus et
illibata permaneant salvo nimirum in omnibus
S.ę Romanę Ecclesię iure, et Reverentia.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prae-
factam Ecclesiam temere perturbare, aut eius Posses-
siones auferre, vel ablatas retinere, minuere,
aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia in-
tegre conserventur eorum, pro quorum gubernatione
et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis
profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica
saecularisve persona hanc nostrę constitutionis
paginam sciens, contra eam temere venire tenta-
verit, secundo, tertiove commonita, si non satis-
factione congrua emendaverit, potestatis, hono-
risque seu dignitate careat, reamque se Di-
vino Judicio de perpetrata iniquitate cognoscat
et a Sacratissimo Corpore, et Sanguine Dei, ac D

mini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat, cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Privilegium hoc, quamvis ex autentico exemplari sit desumptum, caret Dato, sed quia ante trecentos annos à Bernardo Aquileiensi Patriarcha hoc sequenti Decreto firmatum extitit fides omnimoda habenda erit.

Decretum Bernardi ita se habet post ipsius Privilegij authenticum exemplar.

Et ut huiusmodi exemplo, sive transumpto, sive copiae vbilibet adhibeatur de cetero plena fides, Nos Bernardus Miseratione Divina Sanctae Sedis Aquileiensis Patriarcha eidem exemplo, sive transumpto, seu copiae auctoritatem Nostram interposuimus pariter et Decretum. In cuius rei testimonium praesentes Literas fieri fecimus Austriae in Patriarchali Palatio die XI. mensis Julij anno Domini 1333. Ind. 13a.

Porrò probabile certe videtur hocce Privilegium ab Alexandro 3o. Vlrico concessum Venetijs anno 1177, cum idem Vlricus in gratiam Apostolicae Sedis redijsset ad cuius exemplar Fridericus Imperator aliud Privilegium Vlrico Praeposito, et Canonicis Aquileiensis ecclesiae asseruerit

Tandem capitulum nostri et aliud, ...
... man.

asservavit, eodẽ año prope Venetias concessum,
quod hic ex originali exhibemus, cum ad Galliæ
huius statum plurimũ faciat.

Paulus capitonus not.s et ad.r canc.a
ũni man.to

1177. 20 ~~[illegible]~~ luglio Venezia. L'Imperatore Federico I. conferma al Capitolo d'Aquileja il possesso di più ville in Friuli. (Chiarotto).

In nomine I E [illegible] Omne genuflectatur [illegible]

45 ~~Privileggium di Federici Imperatoris~~

In nomine Sancti, et Individuæ Trinitatis Federicus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, ad æternæ beatitudinis meritum, et prosperi temporalis Imperii gubernaculum apud Regem Regum credimus nobis proficere, si instat spiritualium personarum petitiones circa Ecclesiarum opportunitates Clementer attendentes ipsarum iura confirmantes, nostrique Clypei protectionis eas ab iniuriarum et occursibus defensando noverit igitur Christi, et Imperii sui fidelium præsens, et futura qualitas nos intuitu Divinæ retributionis et simul ab petitionem dilecti ac fidelis nostri Valrici Venerabilis prepositi et fratrum suorum Maioris scilicet Ecclesiæ in Aquileggia Canonicorum eandem Ecclesiam Sanctæ Mariæ Sedis Patriarchalis cum personis et possessionibus cunctisque bonis ac pertinentiis eius in nræ tuitionis patrocinium suscipimus eorumque per omnia salvam et quietam consistere volumus universas ergo possessiones et qualibet bona quæ eadem Eccl. largitione Regum vel Imperatorum concessione Pontificum oblatione fidelium, vel alio quovis in sta acquisitionis titulo possedit, aut in futurum rationabiliter adipisci poterit [illegible] nostra authoritate ipsi Eccla confirmamus et ut proposito fratribus, qui nunc in eodem sunt Ecclesia eorumque successionibus firma semper, et illibata permaneat perpetua Sanctione Statuimus. In quibus hæc propriis dedimus exprimenda vocabulis. Villam de Meleretis cum omnibus finibus, et pertinentiis suis scilicet cum Villa Sclavorum, quæ dicitur Similiter Meleretum, et Palmata et Ronchi

Vedi Simile di [illegible] 1913 [illegible] Non [illegible] [illegible] ed [illegible]

et Montecellas, cum agris Vineis, pratis pascuis, cultis, et incultis
Sylvis et venationibus usq. ad Sylvam Sancti Laurentij et
usq. ad Villam quae dicitur Clauteas, et usq. ad Villam,
quae dicitur Antonianum, et usq. Feletas, et usq. Bicinis, et
usq. ad Villam Sancti Stephani et usq. Tissan, et usq. ad Villam
quae dicitur Praeseriam, Villam quae de Castellono et de Morsia
no cum fructibus, et pertinentiis suis a Villa S.ti Andreae, usq. ad
Villam, qua dicitur Gonarum, et usq. ad Sylvam et omnibus
redditibus suis, cum Vineis, agris pratis, pascuis cultis, et incul
tis, paludibus et silvis, et venationibus cum aquis aquarum
decursibus cum Molendinis et piscationibus, Villam etiam de Maria
no et Villam de Carlino, et Villam de Mutiana, et Villam Sancti
Georgii cum omnibus redditibus suis una et omnibus finibus et
pertinentiis suis cum campis Vineis, pascuis, pratis, cultis et
incultis, cum aquis aquarumque decursibus, ac Molendinis et
sutoriis a mari, et a flumine, quod dicitur Cormone usq. ad aquam
quae dicitur Avennas, cum palludibus et piscationibus, cum Silvis
et venationibus, Ecclesias baptismales Aquileiensi Patronatus in
omni iure, et pacis quiete sicut ex eodem Ecclesia hactenus
possedit et tenuit cum Castello sibi pertinentibus. In foro Aquilejae
triginta Stationes, et in portu Pilei viginta, quinquaginta
Mansos in Bucan cum Gallerijs et [illegible], Villam de Farra cum
adiacentibus Villulis, Villa de Petero, et Dantan, et Sebeduro, et Villa
Nova, Gradiscae, et Broona cum omnibus pertinentiis suis a
monte, quae dicitur Nogo cum Ecclesijs, et omnibus pertinentiis, pra
tis Sylvis, Vineis, pascuis, cultis et incultis, venationibus et pi
scationibus, et omni [illegible] etc. sicut praecessor noster divae
memoriae Imperator Otto Aquilejensi Ecclesiae, et Canonicis
tradidit, et in Carnea Villam de Perialls, et Villam de Rogarea
et Villam de Tellas in Monte Sancti Petri, et Montem de

v.mi man.ti

de Moneta, et quatuor Montes apud Villam de Canolle, et
Villam de Caballia, et tres Mansos apud ignum, et novem
Mansos apud Punzan, et quindecim Mansos apud Guson,
et quemdam Montem apud Venzon, praeterea sicut Pur=
cardus Aquiliensis Ecl.ae Adv.tus, et postea Henricus pla=
citū. Advocatia in manu Patriarchae Vudrici pro se
et successoribus refutaverunt super bonis Aquiliensis Ectae
pertinentibus in omnibus districtis, utibus et pertinentiis ita
etiam nos placitum districtum et caetera huiusmodi iura
eidem Ectae simplici authoritate Statuto confermamus,
et stabilimus; decernimus ergo et nrae Maiestatis Edicto
percipimus quatenus nulla de caetero persona magna vel
parva Saecularis vel Ecclesiastica supradictam Ecclesiam au=
deat temere perturbare aut eius possessiones auferre vel inius=
te detinere et iuri aut honori ipsius in aliquo detrahere,
vel ipsam in villis eius pertinentiis videntes vestre, seu dam=
nificare sed omnia ei spectantia illibata, integra et illesa
conserventur cuncta pro quorum gubernatione et sustentatione con=
cessa sunt utibus profatis. Salva in omnibus simplici justitia
et Aquiliensis Ecclesiae Canonici iure. Si quis autem hunc
nrae Statuti confermationi, institutioni et praecepto ausu te=
merario aliquatenus contrariare praesumpserit poenam centum
librarum auri purissimi sit condemnatus, quarum media pars fi=
sco nro, residua pars Praeposito, et Canonicis praefatae Ectae
pertineant; Ut vero haec supradicta praedictae Ecclesiae rata,
et inconcussa permaneant, et allicione non pereat, paries privi=
legii huius paginam fecimus, inde conscribi, et Nrae Maiestatis
Sigillo roborari, nomina quoque testium aliqua de multis
qui in donatione huius privilegii nri adderont placuit annotari.

Ulricus Patriarcha Aqlæ. Wigmanus Magdeburgensis Archie-
piscopus, Christianus Maguntinus Archiepiscopus Arnoldus
Treveriensis Archiepiscopus, Philippus Coloniensis Archie-
piscopus, Ettherardus Bisuntinus Archiepiscopus, Everardus
Mersburgensis Episcopus, Rudolphus Archigentinus
Episcopus, Conradus Wormiensis Electus, Arnoldus Ana-
burgensis Episcopus, Anno Mindensis Episcopus, Vertuinus
Protonotarius, Florentius Comes de Verterni, Sancti filius
Ducis Venetiæ; et Marinus Maurocenus, Laurellus Feraviæ,
Sarzapan Veronensis, Martinus de Castello Ulricus de Bitetto,
et alii quam plures. ✠ Signum Federici Imperatoris Invictis-
simi.

Ego Gotefredus Cancellarius Vice Philippi
Collonientis Archiepiscopi et Italici
Regni Archicancellarii recognovi



Acta fuerunt hæc anno Dominicæ Incarnationis
M.o C.o L XXVIJ.o Ind.e X.ma Regnante Dño Federico
Romano Impre gloriosissimo, anno regni ejus XXV.o
Imperii vero XXIIJ.o Datum in Territorio Vene-
tiano apud Monasterium Sanctæ Trinitatis XIIJ. K.
Augusti Mensis feliciter Amen.

Præmissum privilegium ex S. N. (et Libro privilegiorum
fmi Capli Aqlæ. Mihi exhibito reg. de verbo ad verbum
fideliter Ds. Ley. Matthias Cenoti pub.s Imptis, et Canc.
Grad.æ Nots. in fidem subs. appos. S. S. V. C.
Grad.æ die 7 Martij 1784

In nomine J. C. D. omne genu flectatur et semper Fidem

Praemissas binas S. D. P. privilegiorum copias et similis authentico ego Matthias Cuenotti publicus simplex Notarius regius Ioannes Dominicus Pizzamei pub. simpli authoritate Not. et solito sui tab. Signo Munivit et authenticavit, sequi in fidem pub. appos. S. S. V. C.

Fiat pax in virtute tua Deus

An. 1177. 30 luglio. Venezia. Privilegio dell' Imp.e Federico I a favore della Chiesa d'Aquileja — Privilegi[?] Federici Imper. [illegible]

1177. III

In nomine sanctae et individuae trinitatis Fridericus divina favente
clementia Romanorum Imperator Augustus. Ad aeternae beatitudinis
meritum et provectum temporalis imperii gubernaculum apud Regem
Regum credimus nobis proficere, si iustas spiritualium personarum
petitiones circa ecclesiarum commoditates clementer attendamus,
ipsarum iura confirmando, nomine clipeo protectionis eas ab iniuriarum
occursibus defensando. Noverit igitur Christi et imperii nostri
fidelium praesens aetas et futura, qualiter nos intuitu divinae
retributionis, et similiter ob petitionem dilecti ac fidelis nostri
Volrici venerabilis praepositi et fratrum suorum maioris (scilicet)
ecclesiae in Aquilegia canonicorum, eandem ecclesiam sanctae Mariae
sedis Patriarchalis cum personis, et possessionibus cunctisque bonis
ad pertinentiis eius in nostrae tuitionis patrocinium suscipimus
eamque per omnia salvam, et quietam consistere volumus. Universas
ergo possessiones, et quaelibet bona quae eadem ecclesia lar-
gitione Regum vel Imperatorum, concessione Pontificum, oblatione
fidelium vel alio quomodo iusto acquisitionis titulo possedit, aut in
futurum rationabiliter adipisci poterit Imperiali nostra autho-
ritate ipsi ecclesiae confirmamus. Et ut praeposito, fratribusque
qui nunc in eadem sunt ecclesia, eorumque successoribus firma semper
et illibata permaneant perpetua sanctione statuimus. In quibus
haec propriis duximus exprimenda vocabulis Villam de Meleretto
cum omnibus finibus, et pertinentiis eius, videlicet cum villa Gemonorum
quae similiter dicitur Meleretum et Palmata et Ronchiae et Ronchis
cum terris vineis pratis pascuis cultis et incultis sylvis et venationibus
usque ad Sylvam Sancti Laurentii et usque ad villam, quae dicitur Cluvinum
et usque ad villam quae dicitur Lavoniacum et usque Feletas et usque
Vicinis, et usque ad villam Sancti Stephani, et usque Tesam, et usque ad
villam quae dicitur Prosecinno villam quoque de Castellone, et
ad Murzano cum finibus et pertinentiis suis, villam Sancti Andreae
usque ad villam quae dicitur Bonarium, et usque ad Sylvam cum omnibus
redditibus suis cum vineis terris pratis pascuis cultis, et incultis, pas-
cuis et sylvis cum venationibus, cum aquis, aquarumque decursibus, cum
molendinis, et piscationibus villam de Muriano et de Carinis et
villam de Anciana et villam Sancti Georgii cum omnibus redditibus
suis una cum omnibus finibus et pertinentiis suis cum campis, vineis,
pascuis pratis cultis et incultis, cum aquis aquarumque de-
cursibus ac molendinis et insulis a mari et a flumine quod di-
citur Cornium usque ad aquam quae dicitur Avrunculus cum piscationibus
et piscationibus, cum sylvis, et venationibus. Ecclesias Baptismales
Aquilegiensis Patriarchatus in omni iure, et pacis quiete sicut eas eadem

[Marginal notes, left:]
[manca ed Abbat. nella copia Florio.] (beside "Volrici")
propriis haec (ms. Florio) (beside "haec propriis")
Item sententiamus, quod omnes clerici civitatis Parentinae et tota eorum familia non solvat alicui personae collectam, nisi d. episcopo; et etiam, quod non vocentur, neque compellentur pro aliqua re respondere in jure coram placito vestro neque coram aliqua saeculari potestate, nisi coram episcopo et ejus vicario.

Item sententiamus quod dictum commune sit absolutum ab omnibus quartis usque nunc retentis si aliquas retinuerunt, et etiam ab omnibus poenis quas incurrisset, dicto d. episcopo Petro vel ejus successoribus.

Quam sententiam et universa superius nominata Almerico gastaldioni, Joani de Bertholdo, Tolomesio, Joanni Maleosse rectoribus et gubernatoribus comunis Parentii, nec non praedicto communi sub poena CC marcharum argenti de cetero praecipimus observari, medietas dictae poenae nobis, alia vero medietas persolvatur episcopo Parentino.

Quam quidem sententiam nominatus episcopus pro se et sua ecclesia, et praedictum commune acceptaverunt et laudaverunt.

Ego quidem Jacobus capellanus dicti d. Bertholdi marchionis et serenissimi imperatoris Henrici nomine interfui et, ut superius continetur, rogatus a praedicto episcopo, et communi, bona fide exemplavi.

Ego *Adam* diaconus et tabellio de civitate Parentina interfui rogatus, manu mea subscripsi

Copia des Hausarchivs des Marchese G. P. dei Polesini gedr. im Dr. Kandler, Cod. dipl. Istriano.

162.

Gurk.

1197, 31. Oktober, Strassburg. Bischof Ekkehard von Gurk schliesst mit Herzog Bertold (IV.) von Meran im Beisein und mit Zustimmung von dessen Sohne Otto (VII.) einen Vertrag betreffend die Verehelichung seiner Ministerialen mit denen des Herzogs, welche demselben in Kärnten, Windischgratz und Krain untertan sind.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ekkehardus dei gracia Gurcensis ecclesie episcopus. Universitati fidelium salutem in perpetuum. Quoniam exemplo patrum nostrorum precedentium informati commoditabus ecclesie nobis commisse invigilare tenemur, omni, qua possumus, assertionis affectione, que profectui Gurcensis ecclesie accedere cognoscimus, pro mediocritate nostra dignum duximus promovere. Ea propter memorie Christi fidelium presentium et futurorum committere sattagimus, qualiter cum domino Perhtoldo duce de Meran, filio eius Ottone presente, et assentiente, convenimus, quod ministeriales ecclesie nostre cum ministerialibus prefati ducis, quos habet in Karinthia, et Windissgraze, ac per totam Karniolam, contrahant presentibus quoque premissis ministerialibus et consentientibus tali prefixa lege, quod pueri pares equa dividantur portione. Si vero fuerint inpares primogenitum possideat dominus patris, reliqui premisse conventioni subiaceant. Verum si parentibus decendentibus puer solus superstes fuerit sive filius sive filia, tamen patri tam iure feudali, quam iure patrimonii succedat, et si liberos per processum temporis genuerit memorati domini equa lane, sicut supradictum est, illis fruantur. Ut autem quicquid pie devocionis intuitu fecerimus, a nostris successoribus inconvulsum perpetuo conservetur, iam dictum contractum assensu chori et ministerialium ecclesie nostre approbantes, presentem paginam sigilli nostri inpressione testibus subscribtis munivimus. Huius rei testes sunt dominus Conradus ecclesie iam dicte prepositus, Ůlricus decanus, Poppo liber, Poppo de Glanek, Hainricus de Lubding, Arnoldus et frater eius Wlscalcus, Dietricus Bawarus, Gumpertus plebanus. Dietmarus custos Leo celerarius, Hainricus camerarius, Otto de S. Egidio, Ůlricus, Dietricus, Purchardus de Strazburh, Conradus de Motniz, Rudpertus de Glodniz, Gebhardus de Piswih, Engelbertus Ignis. Gurcensis Ecclesie canonici: Poto, Wintherus, Albertus, cappellani: Guntherus, Hartwicus,

1182, 12 Luglio. Vendita e Compera d'un ... Prestento, fatta dal Capitolo di Cividale.

Anno domini mill. C. LXXX. II XII. die intrante mense Julio. Ind. XV. in presencia. Johannis de puresseno. fratris Bernardi. Johannis de portis. Dietrici de maniago. Algeronis militis. Andree de sancto vito. et Wolveradi filii eius. Marquardi mariti [illegible]. Martini cari denarii.. Alberonis filii artuxini. histrani. Ortuxrini filii Regenardi mager. pertoldi filii palne. Andree walperti. henrici de puresseno et aliorum vendiderunt atque tradiderunt Bernardus et Adaleta iugales una cum filiis suis scilicet Johanne et Henrico totum alodium suum quod ipsi visi erant habere et detinere in territorio de prestento domino pertoldo civitatensi decano eiusque successoribus pro. IIII. marcis. ad habendum. tenendum. ac possidendum et quidquid (sic) sibi deinceps placuerit faciendum. sine omni contradictione predictorum venditorum et eorum heredum. Et sunt tam case cum sediminibus. campis. pratis. vineis. bagarciis. altanis. arboribus fructifferis et infructifferis. silvis. pascuis comunitatibus. aquis aquarumque decursibus. cum medietate unius molendini. et cum omni iure et accione ~~[illegible]~~ in integrum ad predictum alodium pertinente. et insuper promiserunt predicti venditores prenominatum alodium ut supradictum est in integrum ab omni homine legittime defensare prenominato pertoldo decano et eius successoribus nomine pene in duplum eiusdem bonitatis in consimilibus locis. In eodem loco et in presencia predictorum testium investivit prenominatus pertoldus decanus

supradictos venditores de prenominato alodio integre. tali modo quod ipsi et eorum heredes illud debeat habere in perpetuo ad fictum reddendum scilicet annuatim in purificacione sancte Marie. V. ... pani vini. et porcum unum valentem. xx. frisacenses. Et si ipsi predictum fictum ad statutum terminum non persolverint tunc predictum fictum iamdicto decano licet eius successoribus dare debent. Et si ipsi licet eorum heredes predictum fictum ut supra dictum est per tres annos non persolverint a predicto alodio sine omni occasione debent esse remoti. et nec predicti iugales, nec eorum heredes predictum alodium pignorare debent sine licencia iamdicti decani licet eius successorum alicui. Et si ipsi vel eorum heredes prenominatam tenutam alicui vendere voluerint id predictam pensionem reddendam ut supra dictum est prenominato decano vel eius successoribus hoc notum facere debeat et ipse ... tantum det eis quantum aliquis alius licet alii dare conferunt ad predictum fictum reddendum ut supradictum est. Et si predictus decanus vel aliquis eius successor a predictis iugalibus licet ab eorum heredibus quolibet modo aliquo in tempore amplius aliquid exierint quam supradictum est et omnia supradicta non observaverit pene nomine marcam unam iamdictis iugalibus et eorum heredibus dare debet et insuper hec carta semper incorrupta permaneat. Actum in civitate si claustro feliciter.

Prediti venditores et prenominatus decanus hanc cartam ut supra legitur scribere rogaverunt.

Ego petrus iudex et notarius hanc cartam ut supra legitur scripsi rogatus.

... Vol. II pag. 45.

1182. 13 Decembre..... Papa Lucio III conferma all'Abbazia di Sesto i suoi possessi:

(Copia del secolo XVIII).

Papa Lucio III venne eletto nel 7bre 1181 e soggiornava lungamente a Velletri.

11 & 1/2 13 Decemb.^ris Lucius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis fratribus sancte
Marie Sextensis ad presentium quam futurorum Regularem vitam professis
in perpetuum. Religiosis vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse
presidium ne forte cuius libet temeritatis incursus aut eos a proposito
revocet aut robur quod absit sacre Religionis infringat. Ea propter
dilecti in domino filii vestris iustis vestris optimis postulationibus
clementes annuimus, et prefatam Ecclesiam sancte Marie cum
omnibus que juste in presentiarum et canonice possidet aut in futurum
concessione Pontificum Largitione Regum vel Principum oblatione
fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci sub
beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis Scripti Pri-
vilegio Communimus. In primis siquidem statuentes ut Ordo
monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti Regulam in eadem
Ecclesia noscitur institutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter
observetur. Preterea quascumque Possessiones quecumque bona
eadem Ecclesia nunc habet vel in posterum habere poterit firma
vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant in quibus hec -

N.B.: L'originale conservato di Lcrini si trova ora (1808) nel Museo civico di Udine.

propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum in quo Ecclesia ipsa
sita est cum omnibus pertinentiis suis. Bisiuronos Corbolon cum Curte Lauren
zaga cum oratorio sancti salvatoris, et cum Castello meignanum cum curte et
oratorio sylvam sitam mures Belueder Appenellum Barcum lignigol
flumen Bissincana Silum cum Curte et oratorio Castelionem Claudium cum
omnibus villis suis cum silvis pratis montibus piscationibus Decimis mol
endinis et oratoriis Barcas Cluerani Villinum Terramons in Barchigellam
Calavam cum curte et oratorio in Vicario duos mansos, sanctam
Petrinellam cum curte et oratorio, Securgnanum cum oratorio Calenis
cum curte Bagnarolam cum oratorio, Ramuncellum cum Curte et
oratorio Boldaria Venchaletum cum curte, Scalas cum Curte,
San Vido Vervam cum oratorio Bagnaram Covacum cum oratorio, Boldariam
Gaium ecclesiam ... cum Curte sanctum Vitum cum oratorio
mures marignanam Villam ... foroliens unum mansum in
morrana in Tetria Curtem cum oratorio et Vineis in Senegalia
curtem cum oratorio in Vicentia obedientiam sancte Anastasie
cum Villis ad eam pertinentibus et Blandanam cum oratorio et omnibus
ad prefatas Villas vestras et Ecclesias pertinentibus. Sane Novali
um vestrorum nestrorum que propriis manibus aut sumptibus
colitis sive de nutrimentis Animalium vestrorum nullus a vobis decim
as exigere vel extorquere presumat. liceat quoque vobis clericos vel laicos
e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos
absque contradictione aliqua detinere. prohibemus insuper ut nulli
fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit
de eodem loco discedere discedentem vero sine communi litterarum
cautione nisi obtentu arctioris Religionis nullus audeat retinere
cum autem generale interdictum fuerit liceat vobis clausis Januis
non pulsatis Campanis exclusis excomunicatis et interdictis supp
ressa voce divina obsequia celebrare Sepulturam quoque eiusdem
ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni et extreme
voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excomun
icati vel interdicti sint nullus obsistat salva tamen iustitia illarum
ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur
Obeunte vero Abbate qui in Ecclesia pro tempore fuerit nullus ibi
qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres

communi

Communi vel pars Consilij sanioris fratrum secundum Dei timorem et Beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel oblatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva Sedis Apostolice Auctoritate et Diocesani Episcopi Canonica Iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc paginam nostre Constitutionis sciens contra eam temere venire tentaverit secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se Divino Iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum Iudicem premia eterne pacis inveniant Amen.

Ego Lucius Catholice Ecclesie Episcopus

Ego Petrus Presbiter Cardinalis tituli sancte Susanne ss
Ego Viuianus Presbiter Cardinalis tituli sancti Stephani ss
Ego Laborans Presbiter Cardinalis sancte Marie trans Tiberim tituli Calixti ss
Ego Theodinus Portuensis et sancte Rufine Episcopus ss
Ego Henricus Albanensis Episcopus ss
Ego Iacobus sancte Marie in Cosmedin Diaconus Cardinalis ss
Ego Raynerius sancti Georgij ad velum aureum Diac. Card. ss
Ego Gratianus sanctorum Cosme et Damiani Diac. Card. ss

Datum Velletri per manum Alberti sancte Romane Ecclesie Presbiteri Cardinalis et Cancellarij idibus Decembris indictione prima incarnationis Dominice anno M.CLXXXII
Pontificatus vero Domini Lucij Pape tertij anno secundo

Hoc exemplum desumptum a vero et Autentico originali Instrumento in charta pergamena scripto non vitiato non cancellato non abraso nec suspecto sed omni prorsus vitio et suspitione carente cum signo et nomine Oswaldi Notarii infrascripti cuius instrumenti publici et Autentici tenor sequitur et est talis

1298. 11 Agosto. San Vito. Ermanno Abbate di Sesto comprova al Patr. d'Aquileja co' testi
in causa che il Capitano di San Vito pretendeva giurisdizione sopra certi suoi
villaggi — Sentenza.

NB: l'originale di questo Documento esiste ora (1788) nel Museo Civico di Udine.

In Dei eterni nomine. Amen anno Domini millesimo ducentesimo
nonagesimo octavo indictione XI intrante Augusto presentibus nobili
et discretis viris Dnis Federico de Pers in valtero de Cucanea Can.
Aquileiensi Villelmo Notario eius Nepote franzisco not. de Utino Por-
toldo de pulcinico fabrino Lucero de Camera in patriarchatu Damon
cha testibus et aliis. Constitutus in Aedicio aram Rdo Patre et Dno
nostro Raijmundo Dei gratia sedis Aquileiensis Patriarcha
Religioso viro Dno fratre Hermano Abbate sextensi ex parte
una et Nob. viro Dno Albernati de Turre Gastaldione de sancto
Vito ex altera dictus Dns Abbas de Sexto coram ibidem dicto Dno
Patriarcha conquestus fuit de dicto Dno Albernati qui contra
iustitiam gravat dictum Dnum Abbatem in quibusdam Villis que
pertinent sibi et suo Monasterio et habet curatum et dominium
totaliter in eis, et Gastaldio de sancto Vito vult habere facere in
eis de iure nisi de Gratia, et ad probandum predicta dictus
Dns Abbas ibidem in testes produxit discretos viros Dominum
Marco Bruno et Zanarum de sancto Vito maiordum et meu...
de Miduna qui ibidem corporaliter ad sancta Dei evangelia
iuraverunt dicere veritatem super predictis qui unusquisque prop-
per sacramentum dixit quia recordatur de Annis sexaginta et
ultra et quia de eorum recordatu Dominus Abbas sextensis qui
fuit pro tempore ha[buit] Curatum et Dominium totaliter in
his Villis in pace et sine contradictione alicuius Persone, et si Gast-
aldio de sancto Vito fecit ubi gravamen et iniuriam in his Villis
fecit eis iniustitiam. in primis in Curtina Clericis sauvegnano Bagar
drola Versola Stallis Venezaveto Ramusello, item Ripis propre
Cordovadum Baldera Boio Mura Sexto marignana puligine
Fagnigula Barch Armello Lacreriaqua Corbolone quartum Ca-
banigia mura propre Midunam Murgar Basalgella propre spilim-
bergum. Item in Claudo cum suis pertinentiis. Quibus omnibus dictis
et testificatis dictus Dns Patriarcha petivit a circumstantibus
suis, scilicet a Domino Valterio preposito de spilimbergo D. Iacobo et
Dno Bertoldo de Toricano, Dno Aug.° Valterio Canonico Aquileiensi
ente franzisco masutt notario de Utino et aliis pluribus circumstan-
tibus si dictus Dns Abbas bene et . . probavit secundum intentionem

Cum

cum illis testibus supradictis sententiatum fuit per dictos sapientes et per omnes circumstantes nemine discrepante quod Dns Abbas bene probavit suam intencionem super predictis, et quia D. D. Patriarcha non permittat gravare ipsum abbatem in illis villis Gastaldio de S. Vito qui Dns Pattra ibidem precepit dicto Dno Eberuali quod deinceps nihil habeat facere in illis villis ultra voluntatem dicti Dni Abbatis, et dictus Dns Eberual dixit ego sum in his contentus de mandato vestro tamquam de Patre et Domino.

Et ego Olvualdus dictus Pirittus de Buelrio Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

1438 In causa, lite et differentia vertente inter Rdm Rev. Dnum Abbatem Sextensem ex una et E Nicolaum Bomben de Utino Capitanio S. Viti parte altera.

Capitula.

Et primo quod Villa Sancti Viti una cum Oratorio pro tempore fuit in dominio et proprietate Sextensi cum omnibus pertinentiis suis.

Item quod Villa de Gleris, Savorgnani et Casarsie et Villa Sancti Viti communicant in omnibus pascuis englutis in communi et indiviso

Item quod predicta Villa S. Viti communicat pro indiviso cum ipsis villis dicti Monasterij pro quarta parte.

Item quod tractu temporis in dicta Villa S. Viti fuit et est edificatum Castrum quod hodie est.

Item quod Villa Sancti Viti est magna copiosa hominum qui abundant animalibus boum et aliis animalibus in multitudine

copiosa excedunt in multo plus in praefactis animalibus et hominibus Villarum praefacti Monasterii pro cada Villarum dicti Monasterij.

Item quod his sic est veritas et publica vox et fama.

1182-95. .. Querimonie per danni causati al Patriarca d'Aquileja nelle ville di S. Paolo e S. Giorgio da Martino di ... villico ai tempi del Patriarca Gotofredo. —

20

De pergamena esistente nel Vol. I Pergamene dell'Arch. Puppi in Villanova

In nomine Christi. Martinus canevarius Dñi . Patriarce de Sancto Paulo coram Dño Aldricto nuncius et fidelis dicti D. Patriarce manifestavit de dannis D. Patriarce que Martinus vilicus D. Patriarce de Medadis fecit in villa S. Pauli et in villa S. Zorzi. Tristanus de S. Zorzo dedit ei XL solidos pro investitura unius novalli dictum Martinum canevarium et po ipse Martinus vilicus et fecit ipsum Tristanum pro illa restitucione — — — - — —. De S. Zorzo sine consilio dicti . . . . xv libras denar. et tres libras . . . . . et post investituram . . .

. . . . . Tristano dicto — — — — — — —.
de Medadis non dimisit. — — — — — — — . dictus Tristanus dedit ei XIII
. . reliquit ei mansum et centum solidos abstulit
. . De S. Paulo iniuste ideo quia ipse non dedit ei vinum . . . . . . destruit eum quia tenet oos
. . . XXXVIII abstulit Fedrico iniuste et pro investitura dimidii mansi accepit Abon. omo XXV solidos et

Johannes Delia de S. Zorzo Juratus D. Patriarce . non ... coram dicto D. Aldricto de danno rusticorum de S. Zorzo quod D. Martinus vilicus de Medadis fecit ei quia ipse abstulit ei tres libras denariorum pro ocasione unius predii . item abstulit tres iniuste, pro ocasione et iterum abstulit ei XII libras denar. pro ocasione qua Lazarus conquestus fuit ei de via una quam circa ... fecerunt (car)

[Margin note beside the bracket: postea fecit inter... ei pratum ... mansi et ipse ... et ... tres libras et VI ... abstulit Sigifredo qui quondam fuit canevarius in S. Paulo ... venit in ... D. Patriarce quod ego ...]

Item dictus Juratus abstulit tres libras denar. iniuste pro una ocasione . Johanni de Tristano de S. Zorzo abstulit L solidos denar. et vacam unam tres libras valentem ideo quod ipse dedit comedere preconi Conedlani et Tar(visii) et ipsi parum interveneraunt in domo dicti Johannis et alias tres libras denar. abstulit ei pro ocasione +

falsa querimonia et ipse dicebat. Iterum tres libras abstulit dicto Johanni pro ocasione et sine racione Johanni de Albigo abstulit XXX et V solidos pro investitura unius mansi et postea voluit eum expellere de supra manso unde ipse dedit ei unam libram

dedecus omnia ut supra leguntur est dannum et destruccio hominum et rusticorum D. Patriarce unde ipsi stant in magna miseria et paupertate et nullam racionem redere non possunt.

Johannes de Plaza de S. Paulo Juratus D. Patriarce dixit quod ipse Martinus abstulit ei XX solidos ideo quia ipse fecit pacem intra Martinum canevarium et Sigifredum et Buzachinum et hoc fecit ex precepto D. Patriarce Gotofredi. Item dixit quod Sigifredus et Buzachinus cum octo suis filiis exierunt pro male facto dicti D. Martini de S. Paulo et sine racione expullit eos et hoc totum est dannum et dedecus D. Patriarce et omnes danna ut superius leguntur est destruccio hominum et rusticorum D. Patriarce et nulli venerunt in caneva nec in servicio D. Patriarce. Et dictus Johannes de Plaza dixit quod in tempore vindemie ipse Martinus vilicus veniebat in S. Paulo et petebat eis vinum et ipsi nolebant dare et propter hoc ipse destruebat eos et uvam in cavitales relinquebat tantum quousque putrida veniebat.

1183, 30 aprile. [illegible] del patriarca di [illegible], per pagare [illegible] suo debito. 21

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Anno a nativitate domini
mill. c LXXXIII. indictione prima die sabbati 1. exeunte aprili.
presentia magistri romuli. Martini capellani. lanfranchi de papia.
Aldrigeti de meadis et aliorum. D. Gotefredus dei gracia aquilegensis
patriarcha constituit Stephanum baronem (obaronem) de veneciis et
ulcarinum aurificem de tarvisio procuratores suos ad persolvendum
.c. marchis et XV. aulivero filio jacobi Isembardi de papia
et quicquid ipsi dixerint vel fecerint ratum et firmum habere
promisit. Actum ... in palatio eppi.
Imperialis [illegible] ego tabellio sacri ... scripsi firmavique
rogatus.

[illegible] Cividale. Vol. II pag. 44

Vd. [illegible]

N.B. Anche in ricevuta non può leggersi.

[illegible]

an. 1183. 24 ottobre. Cividale. Il Capitolo d'Aquileja espone al Papa le ruberie ed eccessi del suo Preposito Gabriele nell'amministrazione capitolare.

22

Nos Liupvardus Aquileg. Ecclesie Decanus. Oto Diaconus. Joannes Diaconus. Hermannus Diaconus Thesaurarius. Gompaldus Diaconus. Joannes Diaconus. Rambaldus Diaconus. Otacus Diaconus. Mainardus Subdiaconus. Artuicus Subdiaconus. Remprotus Presbiter Petrus Subdiaconus. Hermenardus Subdiaconus. Wernerius Presbiter. Rodulfus Diaconus. Megenardus Presbiter. Ulricus Presbiter. Leonardus Diaconus. Magister Alligerius Acolitus. Thomas Acolitus. Petrus Presbiter de Utino. Et Odescalcus Subdiaconus omnes Canonici eiusdem Aquileg. Ecclesie. Bertoldus Vicarius Dni Patriarche. Natalis Presbiter Vicarius Concordiensis Episcopi. Dominicus Presbiter Vicarius Tergestini Episcopi Johannes Presbiter Vicarius Comitis. Sicut iamdudum proposuimus, ita coram Deo, et Sanctis eius promittimus manutenere iustitiam Aquileg. Ecclesie, et prosequi ipsam coram Dno Papa contra Gabrielem Prepositum, qui contra privilegium institutionis communis vite ab Odalrico Patriarcha Apostolice Sedis Legato, consentiente cuncto Capitulo, confectum et contra Privilegium Beati patris nostri Lucii Pape de confirmatione eiusdem communis vite per nuncios nostros nobis decretum veniens, administrationem communis fratrum vite per comminationem propinquorum suorum nobis propter timorem personarum nostrarum consentientibus, abstulit, et iniuste detinet; et quicquid Dno Pape super hac controversia statuere placuerit, nos cum omni obedientia, et devotione volumus recipere.

Et ego Liupvardus Presbiter Aquilegiensis Decanus dico, quod predicta administratio a fratribus mihi collata fuit, sed in absentia mea cum pro petendo Pallio Dni Patriarche ad Dnum Papam pervenissem data fuit Pre

posito

posito. Et cum cognovi quod ei data erat dolui, et contradixi quantum potui,
nec aliud verbum ad consentiendum Preposito protuli nisi: Quod factum est, me
absente et invito factum est. sed ex quo habet administrationem, ego cupio quod
ipse sit bonus Pater familias. Et postea admonui Prepositum, ut pauperibus et
hospitibus sicuti quod ipse promisit in manu Dni Patriarche cum administratio-
nem suscepit necessaria ministraret. Sed ipse sic respondit: facite vos eleemosinas,
et hospitalitas de vestris bonis et permittite me facere eleimosinas de meis si-
cut ego volo. Et de hoc do licentiam nuncijs venientibus ad Curiam Romanam
iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Oto dico quod rogatus fui a quodam amico meo potente viro, ne Preposito in dan-
da sibi administratione me opponerem. Et quia Prepositum non poteram nec audebam
resistere. nec Ecclesiam volebam offendere quando data fuit administratio Preposito Aquile-
gie existens. et cum sciui administrationem sibi datam toto corde dolui, nec unquam
ex corde consensi nec interrogatus fui sibi consentire, sed quia non potui aperte
resistere dissimulaui. Et preterea dico quod ego audiui fratres Prepositi minantes
in personas Canonicis et dicentes. Quicumque fratri meo se opponent, illum volo
cognoscere. et committo hoc nuncijs ut in anima mea iurent sic verum esse.

Ego Iohannes Lombardus dico quod Prepositus minatus est mihi feudum ab eo habitum
auferre et timore amittendi feudum, et personae in danda sibi administratione
consensi. Et do licentiam nuncijs iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Pompeius dico quod dictum fuit mihi quod propinqui et Amici Prepositi pro
eo quod resistebam sibi ne haberet administrationem minabantur mihi abscindere
nasum sicut scindunt nasos equorum Ungarorum. Et audiui fratrem Prepositi
Fredericum nomine semel dicentem mihi Aquilegie, coram Archidiacono, et alijs,
quod si laicus esset qui fratri suo se opponeret capite puniendus esset si
vero clericus nasus cum labro foret ei truncandus. et alia vice audiui quod

idem

idem F. dixit: Ego illum volo cognoscere, qui fratri meo se opponet, et quando administratio data fuit Preposito, dolui, et doleo, et timore persone conveni, et committo nuncio, ut hec vera esse in anima mea iuret.

Ego Johannes dico quia dictum fuit mihi quod Leonardus de Tricento consangui: neus Prepositi mihi minatus fuit, et quod ego conveni in administratione, que data fuit. invitus feci, et tunc dolui et nunc doleo, et repeto eam cum fra: tribus, et do licentiam nuncio iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Rambaldus dico quod multas minas audivi ex parte propinquorum Prepo: siti, et ideo timore persone mee conveni in administratione danda sibi, et etiam quia videram Magistrum Romulum iam pro eadem causa captum illicitum iuramen: tum fecisse. sed quod data fuit administratio dolui, et doleo, et repeto eam cum fratribus meis. et do licentiam nuncio iurandi in anima mea sic ve: rum esse.

Ego Otacius dico quod Blanditiis Prepositi, et precibus Episcopi Tergestini seductus tunc conveni dare administrationem Preposito. Sed quia ipse non sicut promisit data fide in manu Patriarche administravit nec curam gerit pauperum, et Hospi: tum nec gerit doleo quod unquam data fuit sibi administratio, et audivi quod Pre: positus, et Amici sui multas minabantur Canonicis, et committo nuncio iura: re in anima mea sic verum esse.

Ego Prempetrus dico quod multis nuntiantibus scio quod Prepositus, et Propinqui sui omnibus Canonicis, qui resistebant sibi minabantur in personas, et scio, quod nos obtulimus Preposito redditus duodecim marcarum annuatim si ipse vellet nos dimittere quietos sed propinqui sui dicebant, quod nec etiam redditus centum marcarum reciperent nisi administratio daretur Preposito, et cum verbis com: positionis tractaretur inter nos et Prepositum, et si nos sibi aliquid opponebamus,

ipse nihil

ipse nihil respondebat. Nec cum consilio Canonicorum Aquilegensium conveni in danda sibi administratione, invitus feci et quia videbam reliquos Canonicos qui sibi ante resistebant servitos timore personarum iam sibi convenisse, et de licentia

nuntiis sic iuravi in anima mea.

Ego Ottonius dico quod Bononie causa studendi eram cum administratio fuit data Preposito. sed cum cognovi esse sibi datam. dolui et doleo, et cum redij, quantum potui, et ausus fui, contradixi et contradico. et de licentia nuncijs sic iurans in anima mea verum esse.

Ego Wernerius dico quod audivi propinquos, et amicos Prepositi minantes Canonicis in personas, sed tamen non minabantur mihi, sed ego blanditijs et adulationibus Prepositi seductus in administratione sibi danda consensi. sed quia ipse non sicut promisit data fide in manu Patriarche ministravit, et curam pauperum, et hospitum neglexit, et admonitionem Decani de administrando pauperibus, et hospitibus contempsit doleo quod administratio fuit sibi data, et reppeto eam cum Decano, et fratribus meis et de licentiam nunciis iurans in anima mea sic verum esse.

Ego Rudolfus dico, quod audivi F. fratrem Prepositi mihi Aquilegie coram Archidiacono, et alijs dicentes quod si laicus foret qui fratri suo se opponeret decapitandus esset, si vero clericus nasus cum labro deberet ei amputari. Insuper audivi a me dicis quia idem F. dicebat cum administratio data fuit Preposito: Hodie volo cognoscere qui fratri meo se opponet. Et quia videram Magistrum Rainaldum iam captum, et iterum eundem R. timore necis devitum esse quod Prepositus invenerit, et nominantes ipsum dicent ei in facie: illi qui saepe impedierunt honorem meum adhuc nanceunt, et videram alios fratres meos maiores ac potentiores me personarum metu territos iam convenisse ideo propriae persone et personarum propinquorum meorum qui prope domum fratris Prepositi habitant conveni invitus, et sicut dolui, quando data fuit sibi administratio, et doleo, et repeto eam cum fratribus meis, et de licentia nuncij

nuncij iurandi sicut faciunt alij fratres.

Ego Megenardus dico quod ea die qua Canonici consenserunt dare administrationem Preposito cum essem infirmus nec possem interesse Capitulo, recepi missum Patriarchę si vellem consentire in danda administratione Preposito, et ipse respondi quod nunquam consentirem licet multas minas a multis audivissem. et post recessum Decani in Cameram coram Patriarcha cum ipse rogaret Decanum ut ipse consentiret. dicens quod omnes fratres iam consenserant, ego respondi quod falsum esset, quia nunquam consensi nec consentire volo et postea cum placitum fiebat coram Capellano, et Concordiensi Episcopi ex delegatione Dni Papę et Prepositus proponeret quod omnes Canonici consenserant sibi cum accepit administrationem, ego surrexi coram omnibus, et dixi quod falsum erat, quia nunquam consensi neque volo consentire toto tempore vitę meę; et de licentia nuncij iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Petrus dico quod minas quę Canonicis inferebantur sicut, et ne administratio daretur Preposito quantum potui restiti, nec antea consensi quam maior pars Canonicorum secuta per capturam Magistri R. et per minas Prepositi, et propinquorum eius consentiret. sed quando data fuit administratio sibi Deleati, et Deleo, et si postea predicti aliquem favorem Preposito, vel aliquid dixi umquam fautor ipsius possem notari, coram fratribus meis in Capitulo petij veniam a Decano, et quod ipse nomine pęnitentię mihi iniunxit devote suscepi, et complere volo. et repeto administrationem cum Decano, et fratribus meis, et preterea eorum iuramentum teneo, et de licentia nuncij iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Eliseus dico quod antequam arriperem iter eundi ad Dnum Papam amici, et propinqui mei dissuadebant mihi ne iter arriperem, narrantes se a multis audivisse minas quas inferebant mihi amici, et propinqui Prepositi. Ego tamen iter arripui, et usque Venetias perveni. et ibi vidi missum et litteras Dni Patriar:

chę

Patriarchę, quę revocabant me, et socius meus in virtute obedientię precipiendo nobis ut rediremus, multum dolui, et postquam redij Prepositus multas minas, et contumelias in facie dixit mihi, tamen ego non consensi donec Magister R. venit lacrimando ad me et ad Magistrum Aldigerum, et rogavit nos alios si vitam eius diligeremus, quod nullum verbum proponeremus amplius quod impediret ne administratio daretur Preposito, sed daremus operam ut sine mora sibi daretur; dicebat enim cum lacrimis quod nisi hoc fieret, protestatum per Prepositum, et fratres eius cognoverit quod mors sibi iminebat. Cuius precibus flexus et de me ipso timens consensi licet invitus, et dolui et doleo quod umquam tradita fuit administratio Preposito, et repeto eam cum reliquis fratribus meis, et de licentia nuncij iurando in anima mea ita verum esse.

Ego .... adus dico quod scio quia amici, et propinqui Prepositi minabantur Canonicis in personas. Ego tamen circumventus blanditiis Prepositi, et seductus consensi in danda sibi administratione. sed quia ipse non sicut promisit data fide sua in manu Patriarchę administravit, nec curam pauperum habuit, nec hospitum, et admonitionem Decani de subveniendo pauperibus, et suscipiendis hospitibus contempsit, vudicosque expoliavit, ego doleo quod administratio sibi data fuerit, et eam cum Decano, et reliquis fratribus meis repeto et de licentia nuncij sic iurando in anima mea ita verum esse.

Ego Hermannus dico quod multę minę nominatim fiebant mihi quas ego contempnebam, et licet timerem dissimulabam. Sed antequam consentiremus dare administrationem Preposito Archidiaconus venit ad me contracturus super eodem facto, et dixit mihi: Ego multum excusavi te hodie coram Preposito et fratribus eius dicens quod tu non nocebas ei sicut sibi dicebatur. Sed quicquid sit. ego diligo te, et ideo consulo tibi ne amplius te opponas ei sed quiescas quia timeo ne in periculum persone incurras si aliter feceris, et ideo ipse perterritus consensi et de licentiam nuncij iurando in

anima

anima mea sic verum esse. et adhuc multa alia dixit in hunc modum.

Ego Magister Aldigerius dico quod precedenti die antequam Capitulum intravimus ad consentiendum dare administrationem Preposito fautores eius palliando minas sub nomine dilectionis Tis vel sex venerunt ad me dicentes: Nos diligimus vos, et ideo consulimus vobis ne opponatis vos Preposito. quia vos non estis de terra ista et ideo non expedit vobis contraire Preposito. Insuper dixit cum agebatur de administratione. venit Magister R. ad me lacrimando ... vos me, ne amplius opponerem me Preposito sed adiuvarem eum quod Prepositus haberet administrationem quia si hoc non fieret mors imminebat sibi, et dicebat hoc se intellexisse a Preposito. et ideo consensi, et do licentiam nuncii sic iurandi in anima mea.

Ego Petrus Presbiter de Utino dico quod minas multas audivi ab amicis, et propinquis Prepositi, et vidi maiores Canonicos territos timore personarum consensisse. et ideo invitus consensi. et repeto administrationem cum fratribus meis, et do licentiam nuncii et dolui, et ideo quod unquam consensi. et repeto administrationem cum fratribus meis, et do licentiam nuncii iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Hermenardus dico quod cum cognovi nuncios quos nos de mandato, consilio, et consensu Domini Patriarche Romam mittebamus ad Dominum Papam redisse, ex corde dolui, et cum insuper audivi Magistrum R. fuisse captum, et invitum iurasse, ea die cum tradita fuit administratio Preposito, timore propinquorum Prepositi non fui ausus me opponere. et eandem administrationem cum Decano, et fratribus meis repeto. Eo quod Prepositus sicut frater dixit quod partem suam foveam, penitus inficiens, nisi omnes fratres mei vel maior, et sanior pars administrationem sibi consentire vellet. et do licentiam nuncii iurandi in anima mea sic verum esse, et audivi a multis quod propinqui, et amici Prepositi Canonicis minabantur.

Ego Megenardus dico quod audivi amicos Prepositi minantes Canonicis in perso-

nas

personas; sed tunc licet ego dissimulaverim quia non poteram resistere Preposito et propinquis eius, nunquam conveni, nec interrogatus fui si consentirem dare administrationem sibi. sed quod data fuit sibi doleo, et do licentiam nuncii sic iurandi in anima mea.

Ego Rodolfus Acolitus dico quod audivi consanguineos, et amicos Prepositi, et ipsum Prepositum minantes Canonicis in personas et invitus conveni in danda administratione Preposito et tunc dolui et nunc doleo, et invitus consensi et quia viderem maiores Canonicos timore personarum territos ita consensisse, et do licentiam nuncii iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Thomas Acolitus dico quod doleo quia unquam data fuit administratio Preposito, et invitus conveni, et rejecto ea cum fratribus meis. et si Prepositus fecit me scribi in Carta sua a Tabellione suo iniuste fecit, et mentitus est ipse Tabellio vel quicumque me fecit scribi quia ego nec precepi nec rogavi ut me scriberet, nec consentio ei in retinenda administratione immo contradico et cum fratribus meis firmiter permaneo.

Ego Bertoldus Diaconus Vicarius Patriarche cum administratio data fuit Preposito infirmus eram. sed quod data fuit sibi dolui, et doleo, et audivi, et pro certo habeo quod Canonici timore personarum, comminantibus sibi amicis, et propinquis Prepositi in danda administratione sibi consensere. et do licentiam nuncii iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Dominicus Presbyter Vicarius Wernardi Tergestini Episcopi dico quod ego vidi Hermanum, Rodolfum, Meynardum Canonicos lacrimantes cum tractatum de danda administratione Preposito, quia videbant non posse Preposito resistere. et alia vice audivi ipsum Prepositum dicentem: Quicumque intromittet se administrare Canonicis si ego forte eum invenirem in Villis, si erit Laicus faciam eum

interficere

interficere, si vero Clericus, nasum, et labium faciam sibi amputare, et hoc dixit antequam administratio fuit sibi data et audivi fratrem eius F. dicentem. Quicumque se opposuerit fratri meo ego opponam personam meam ad auferendam sibi suam personam, et do licentiam nuncij iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Natalis Presbiter Vicarius Concordiensis Episcopi dico quod fratrem Prepositi F. audivi dicentem in Choro Aquilegen: si laicus erit qui se opponet fratri meo, decapitabitur: si vero clericus, nasus cum labro sibi amputabitur. Et scio, et testificor quod Canonici per comminationem et metum personarum concesserunt administrationem Preposito, et vidi eos inde tristes usque ad mortem; et do licentiam nuncij iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Johannes Presbiter Vicarius Comitis audivi ipsum Prepositum minantem Canonicis in persona, et audivi propinquos eius in Ecclesia, et extra Ecclesiam idem facientes; et scio, et testificor quod Canonici per comminationem, et metum inviti consenserunt administrationem Preposito, et vidi eos inde tristes usque ad mortem; et do licentiam nuncij iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Odescalcus subdiaconus dico quod non interfui quando data fuit administratio Preposito, sed quod factum fuit tollerani. verumtamen quia id displicet fratribus, ego una cum eis sentio. De eo autem quod dicitur quod Tabellio Prepositi scripsit me esse fautorem eius in consentienda administratione, penitus inficior, nec a Preposito nec a Tabellione suo super hoc interrogatus fui.

Et do

et do licentiam nuncijs jurandi in anima mea sic verum esse.

Nos omnes prenominati Canonici addimus ad hec et uno ore testificamur quod per mediatores nostros obtulimus Preposito redditus duodecim marcarum annuatim si ipse vellet quiescere, et non auferre nobis administrationes. Sed ipse nobis consilio fratrum suorum et aliorum qui in rusticos nostros modo dominantur, et bona eorum diripuerunt, respondit quod nihil reciperet nisi sibi administrationem traderemus: Quod ipse Prepositus preter debitum factum indebita exactione rusticos expoliavit, et idem fecit sacerdotibus postquam accepit administrationes, unde multi ex rusticis nostris sicut ipsi dixerunt, iam de manibus nostris aufugissent, nisi ad manum, et potestatem nostram usque nunc redire sperarent et damus licentias nuncijs sic iurandi in animabus nostris ✝ signum suprascriptorum Canonicorum, qui hoc rogaverunt fieri.

(S.T.) Petrus venerab. Capitularis Ecclesie Presbyter, et Canonicus, atque Palatij Venet: Notarius, rogatus a Decano et ab alijs fratribus suprascriptis, sicut ex ore eorum singulatim audivi, ita scripsi, complevi et roboravi anno Domini Millo Cent. Octuag.o Sexto. Octavo die exeunte mense Octubr. Indict. secunda. Capituli.)

acordo a

ín,
a
len

Ea
ad
er
el
od
os
sis
i-
m.
um
em
ere.
en
ali
em

ede
re-
a-
er-
s
nó
ei.
n-
ar-
d,
ius
es,
ectas

Ex autographo Tabularii [illegible] Canonicorum Aquilejensium De Anno: 1183:

21

3

Actas Ciuprandus Aquilej. ecclesie Decanus. Oto Diaconus. Johannes Diaconus. Hermannus Diaconus Thesaurarius. Gomipertus Diaconus. Johannes Diaconus. Rambaldus Diaconus. Otacus Diaconus. Mainardus Subdiaconus. Artuicus Subdiaconus. Remgotus Presbyter. Petrus Subdiaconus. Hermeinardus Subdiaconus. Wernerius Presbyter. Rodulfus Diaconus. Megenardus Presbyter. Eliseus Presbyter. ... [illegible] ...erius Acolytus. Thomas Acolytus. Pe...lcus Subdiaconus omnes ... Bertoldus Vicarius ...arius Concordiensis Epi... Tergestini Episcopi. ... Sicut jamdudum pro...us promittimus manu... prosequi ipsam coram ...m Papam contra Gabrielem Prepositum, qui contra privilegium institutionis communis vite a Udalrico Patriarcha Apostolice sedis legato consentiente cuncto capitulo confectum et contra privilegium Beati patris nostri Lucii Pape de confirmatione ejusdem communis vite per nuntios nostros nobis directum veniens, administrationem communis totius vite per comminationem propinquorum suorum, nobis propter timorem personarum nostrarum consentientibus, abstulit et iniuste detinet; et quicquid Dño Pape super hac controversia statuere placuerit, nos cum omni obedientia et devotione volumus recipere.

1183, 24 Ottobre. Caorle. Esposizione al Papa fatta dal Capitolo d'Aquileja, delle violenze ed usurpi fatti dal Preposito Gabriele nella sua amministrazione.

Et ego Liuprandus Presbyter Aquilejensis Decanus dico, quod predicta administratio a fratribus mihi collata fuit, sed in absentia mea cum pro petendo Pallio Dñi Patriarche ad Dñum Papam perrexissem, data fuit Preposito. Et cum cognovi quod ei data erat, dolui et contradixi quantum potui, nec aliud verbum ad [con]sentiendum Preposito protuli, nisi: Quod factum est, me absente et invito factum est; sed ex quo habet administrationem, ego cupio quod ipse sit bonus Paterfamilias. Et postea admonui Prepositum, ut pauperibus et hos-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Ex autographo tabularii Capituli canonicorum Aquilejensium de Anno: 1283:

23

Nos Liuprandus Aquilegⁿ. ecclesie Decanus. Oto Diaconus. Johannes Diaconus. Hermannus Diaconus Thesaurarius. Bonjovitus Diaconus. Johannes Diaconus. Rambaldus Diaconus. Otacus Diaconus. Mainardus subdiaconus. Artuicus subdiaconus. Rempotus Presbyter. Petrus subdiaconus. Hermeinardus subdiaconus. Wernerius Presbyter. Rodulfus Diaconus. Megenardus Presbyter. Eliseus Presbyter. Leonardus Diaconus. Magister Aldigerius Acolytus. Thomas Acolytus. Petrus Presbyter de Utino. et Odescalcus subdiaconus omnes canonici ejusdem Aquilegen. ecclesie. Bertoldus Vicarius Dñi Patriarche. Natalis Presbyter Vicarius Concordiensis Episcopi. Dominicus Presbyter Vicarius Tergestini Episcopi. Johannes Presbyter Vicarius Comitis. Sicut jamdudum proposuimus, ita coram Deo et sanctis ejus promittimus manutenere justitiam Aquilegen. ecclesie et prosequi ipsam coram Dño Papa contra Gabrielem Prepositum, qui contra privilegium institutionis communis vite ab Odarlico Patriarcha Apostolice sedis Legato consentiente cuncto capitulo confectum et contra privilegium Beati patris nostri Lucii Pape de confirmatione ejusdem communis vite per nuncios nostros nobis directum veniens, administrationem communis totius vite per comminationem propinquorum suorum, nobis propter timorem personarum nostrarum consentientibus, abstulit et injuste detinet; et quicquid Dño Pape super hac controversia statuere placuerit, nos cum omni obedientia et devotione volumus recipere.

Et ego Liuprandus Presbyter Aquilegensis Decanus dico, Quod predicta administratio a fratribus mihi collata fuit, sed in absentia mea cum pro petendo Pallio Dñi Patriarche ad Dñum Papam perrexissem, data fuit Preposito. Et cum cognovi quod ei data erat, dolui et contradixi quantum potui, nec aliud verbum ad consentiendum Preposito protuli, nisi: Quod factum est, me absente et invito factum est; sed ex quo habet administrationem, ego cupio quod ipse sit bonus Paterfamilias. et postea admonui Prepositum, ut pauperibus et hos-

et hospitibus, iuxta quod ipse promisit in manu Dñi Patriarche cum administrationem suscepit, necessaria ministraret. sed ipse sic respondit: facite vos eleemosynam et hospitalitatem de vestris bonis, et permittite me facere eleemosynam de meis, sicut ego volo. Et de hoc do licentiam nunciis venientibus ad curiam Romanam iurandi in animam meam sic verum esse.

Ego Oto dico quod rogatus fui a quodam amico meo potente viro, ne Preposito in danda sibi administratione me opponerem. et quia Preposito non poteram nec audebam resistere, nec ecclesiam volebam offendere, quando data fuit administratio Preposito, Aquilegia exieram. et cum scivi administrationem sibi datam, toto corde dolui, nec unquam ex corde consensi, nec interrogatus fui sibi consentire, sed quia non potui aperte resistere, dissimulavi. et preterea dico quod ego audivi fratrem Prepositi minantem in personas canonicis et dicentem: Quicumque fratri meo se opposuerit, illum volo cognoscere. et committo hoc nunciis, ut in animam meam iurent sic verum esse.

Ego Iohannes Lombardus dico quod Prepositus minatus est mihi feudum ab eo habitum auferre, et timore amittendi feudum et persone in danda sibi administratione consensi. et do licentiam nunciis iurandi in animam meam sic verum esse.

Ego Sompertus dico quod dictum fuit mihi quod propinqui et amici Prepositi pro eo quod resistebam sibi ne haberet administrationem, minabantur mihi abscindere nasum, sicut scindunt nasos equorum Ungaricorum. et audivi fratrem Prepositi Fredericum nomine semel dicentem mihi Aquilegie coram Archidiacono et aliis, quod si laicus esset qui fratri suo se opponeret, capite puniendus esset, si vero clericus, nasus cum labro foret ei truncandus. et alia vice audivi quod idem F. dixit: Ego illum volo cognoscere qui fratri meo se opponet. et quando administratio data fuit Preposito, dolui et doleo, et timore persone consensi, et committo nunciis ut hec res veras ~~iurandi in animam meam sic ver~~um esse in animam meam jurent.

Ego R

+

Ego Johannes dico quia dictum fuit mihi quod Leonardus de Precento consanguineus Prepositi mihi minatus fuit, et quod ego consensi in administratione que data fuit invitus feci et tunc dolui et nunc doleo et repeto eam cum fratribus et do licentiam nunciis jurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Rambaldus dico quod multas minas audivi ex parte propinquorum Prepositi, et ideo timore persone mee consensi in administratione danda sibi, et etiam quia videram Magistrum Romulum jam pro eadem causa captum illicitum juramentum fecisse. Sed quod data fuit administratio dolui et doleo, et repeto eam cum fratribus meis, et do licentiam nunciis jurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Otacus dico quod blanditiis Prepositi et precibus Episcopi Pergestini seductus tunc consensi dare administrationem Preposito. sed quia ipse non sicut promisit data fide in manu Patriarche administravit, nec curam gessit pauperum et hospitum nec gerit, doleo quod unquam data fuit sibi administratio. et audivi quod Prepositus et amici sui multum minabantur Canonicis, et committo nunciis jurare in anima mea sic verum esse.

Ego Rempotus dico quod multis nunciantibus scio quod Prepositus et propinqui sui omnibus canonicis qui resistebant sibi, minabantur in personas. et scio quod nos optulimus Preposito reditus duodecim marcarum annuatim si ipse vellet nos dimittere quietos; sed propinqui sui dicebant quod nec etiam reditus centum marcarum reciperent, nisi administratio daretur Preposito; et cum verbis compositionis tractaretur inter nos et Prepositum, et si nos sibi aliquid opponebamus, ipse nihil respondebat. Nec cum consilio Canonicorum Aquilegensium consensi in danda sibi administratione, invitus feci et quia videbam reliquos canonicos qui sibi ante resistebant, territos timore perso-

personarum jam sibi consensisse, et do licentiam nunciis sic jurare in anima mea.

Ego Artuicus dico quod Bononie causa studendi eram cum administratio fuit data Preposito. sed cum cognovi esse sibi datam, dolui et doleo; et cum vedii, quantum potui et ausus fui, contradixi et contradico. et do licentiam nunciis sic jurandi in anima mea verum esse.

Ego Wernerius dico quod audivi propinquos et amicos Prepositi minantes canonicis in personas, sed tamen non minabantur mihi, sed ego blanditiis et adulationibus Prepositi seductus in administratione sibi dandae consensi. sed quia ipse non sicut promisit data fide in manu Patriarche ministravit, et curam pauperum et hospitium neglexit, et admonitionem Decani de administrando pauperibus et hospitibus contempsit, doleo quod administratio fuit sibi data, et repeto eam cum Decano et fratribus meis, et do licentiam nunciis jurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Rudolfus dico quod audivi F. fratrem Prepositi mihi Aquilgie coram Archidiacono et aliis dicentem quod sibi laicus foret qui fratri suo se opponeret, decapitandus esset. si vero clericus, nasus cum labro deberet ei amputari. Insuper audivi a multis quia idem F. dicebat cum administratio data fuit Preposito: Hodie volo cognoscere qui fratri meo se opponet. et quia videram Magistrum R. jam captum et iterum eundem R. timore necis territum eo quod Prepositus innuendo et nominando ipsum dixerat ei in facie: illi qui sepe impediverunt honorem meum adhuc non cessant, et videram alios fratres meos majores ac potentiores me personarum metu territos jam consensisse; ideo proprie persone et personarum propinquorum meorum qui prope domum fratris Prepositi habitant, consensi invitus,

et tunc

et tunc dolui quod data fuit sibi administratio, et doleo et rejecto eam cum fratribus meis, et do licentiam nunciis jurandi sicut faciunt alii fratres.

Ego Megenardus dico quod ea die qua canonici consenserunt dare administrationem Preposito cum essem infirmus nec possem interesse capitulo, recepi missum Patriarche si vellem consentire in danda administratione Preposito, et ipse respondi quod nunquam consentirem licet multas minas a multis audivissem. et post reditum Decani in camera coram Patriarcha cum ipse rogaret Decanum ut ipse consentiret, dicens quod omnes fratres jam consenserant, ego respondi quod falsum esset, quia nunquam consensi nec consentire volo. et postea cum placitum fiebat coram Capitulano et Concordiensi Episcopis et Delegatis dni Pape, et Prepositus proponeret quod omnes canonici consenserant sibi cum accepit administrationem, ego surrexi coram omnibus et dixi quod falsum erat, quia nunquam consensi neque volo consentire toto tempore vite mee; et do licentiam nunciis jurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Petrus dico quod minas que canonicis inferebantur scivi, et ne administratio daretur Preposito quantum potui restiti, nec antea consensi quam major pars Canonicorum territa per capturam Magistri R. et per minas Prepositi et propinquorum ejus consentiret. sed quando data fuit administratio sibi dolui et doleo; et postea prestiti aliquem favorem Preposito. vel aliquid dixi quam fautor ipsius possem notari, coram fratribus meis in capitulo petii veniam a Decano, et quod ipse nomine penitentie mihi injunxit devote suscepi, et complere volo. et repeto administrationem cum Decano et fratribus meis, et preterea eorum juramentum teneo, et do licentiam nunciis jurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Eliseus dico quod antequam arriperem iter eundi ad Dnum

ad dnum Papam, amici et propinqui mei dissuadebant mihi ne iter arriperem, narrantes se a multis audivisse minas quas inferebant mihi amici et propinqui Prepositi. Ego tamen iter arripui et usque Venetias perveni; et cum vidi missum et litteras dni Patriarche que revocabant me et socium meum, in virtute obedientie precipiendo nobis ut rediremus, multum dolui. Et postquam redii, Prepositus multas minas et contumelias in facie dixit mihi, tamen ego non consensi donec Magister A. venit lacrimando ad me et ad Magistrum Aldigerum, et rogavit nos alios si vitam ejus diligeremus, quod nullum verbum proponeremus amplius quod impediret ne administratio daretur Preposito, sed daremus operam ut sine mora sibi daretur; dicebat enim cum lacrimis quod nisi hoc fieret, protestatum per Prepositum et fratrem ejus cognoverit quod mors sibi imminebat. Cujus precibus flexus et de me ipso timens consensi licet invitus, et dolui et doleo quod unquam tradita fuit administratio Preposito, et repeto eam cum reliquis fratribus meis, et do licentiam nunciis jurandi in anima mea sic verum esse.

Ego . . . adus dico quod scio quia amici et propinqui Prepositi minabantur Canonicis in personas. Ego tamen circumventus blanditiis Prepositi et seductus consensi in danda sibi administratione. Sed quia ipse non sicut promisit data fide sua in manus Patriarche administravit, nec curam pauperum habuit nec hospitum, et admonitionem Decani de subveniendo pauperibus et hospitibus ^suscipiendis contempsit, rusticosque expoliavit, ego doleo quod administratio sibi data fuit, et eam cum Decano et reliquis fratribus meis repeto, et do licentiam nunciis sic jurandi in anima mea ita verum esse.

Ego Hermannus dico quod multe mine nominatim fiebant mihi quas ego contempnebam, et licet timerem dissimulabam. Sed antequam consentiremus dare administrationem Preposito, Archidiaconus venit ad me contractaturus super eodem facto, et dixit mihi: Ego multum excusavi te de hodie coram Preposito et fratribus ejus dicens

cens quod tu non nocebas ei sicut sibi dicebatur. sed quicquid sit, ego diligo te, et ideo consulo tibi, ne amplius te opponas ei sed quiescas, quia timeo ne in periculum personae incurras si aliter feceris, et ideo ipse perterritus consensi et do licentiam nunciis jurandi in animam meam sic verum esse. et adhuc multa alia dixit in hunc modum:

Ego Magister Aldigerius dico quod praecedenti die antequam capitulum intravimus ad consentiendum dare administrationem Praeposito, fautores ejus palliando minas sub nomine dilectionis, bis vel ter venerunt ad me dicentes: Nos diligimus vos. et ideo consulimus vobis ne opponatis vos Praeposito, quia vos non estis de terra ista, et ideo non expedit vobis contraire Praeposito. Insuper dum cum agebatur de administratione, venit Magister Ro ad me lacrimando ...um me, ne amplius opponerem me Praeposito, sed adiuvarem eum quod Praepositus haberet administrationem, quia si hoc non fieret, mors imminebat sibi; et dicebat hoc se intellexisse a Praeposito. et ideo consensi, et do licentiam nunciis sic jurandi in animam meam.

Ego Petrus Presbyter de Utino dico quod minas multas audivi ab amicis et propinquis Praepositi, et vidi majores canonicos territos timore personarum consensisse. et ideo invitus consensi et dolui, et doleo quod unquam consensi. et repeto administrationem cum fratribus meis, et do licentiam nunciis jurandi in animam meam sic verum esse.

Ego Hermenardus dico quod cum cognovi nuncios quos nos de mandato, consilio et consensu Dñi Patriarchae Romam mittebamus ad dñum Papam, rediisse, ex corde dolui, et cum insuper audivi Magistrum A. fuisse captum et injuste jurasse, ea die cum tradita fuit administratio Praeposito, timore propinquorum Praepositi non fui ausus me opponere. et eandem administrationem cum Decano et fratribus meis repeto. et quod Praepositus, sicut fertur, dicit quod partem suam foveam, penitus inficior, nisi omnes fratres mei vel major et sanior pars administrationem sibi consentire vellet. et do licentiam nunciis jurandi in animam

animae meae sic verum esse. et audivi a multis quod propinqui et amici Preypositi canonicis minabantur.

Ego Megenardus dico quod audivi amicos Preypositi minantes canonicis in personas; sed tunc licet ego dissimulaverim quia non poteram resistere Preyposito et propinquis ejus, nunquam consensi, nec interrogatus fui si consentirem dare administrationem sibi; sed quod data fuit sibi doleo, et do licentiam nunciis sic jurandi in animam meam.

Ego Rodolfus Acolytus dico quod audivi consanguineos et amicos Preypositi et Preypositum ipsum minantes canonicis in personas, et invitus consensi in danda administratione Preyposito, et tunc dolui et nunc doleo, et invitus consensi. et quia videbam majores canonicos timore personarum territos jam consensisse. et do licentiam nunciis jurandi in animam meam sic verum esse.

Ego Thomas Acolytus dico quod doleo quia unquam data fuit administratio Preyposito. et invitus consensi, et repeto eam cum fratribus meis. et si Preypositus fecit me scribi in cartam suam a tabellione suo, injuste fecit, et mentitus est ipse tabellio vel quicumque me fecit scribi, quia ego nec praecepi nec rogavi ut me scriberet, nec consentio ei in retinenda administratione, immo contradico et cum fratribus meis firmiter permaneo.

Ego Bertoldus Diaconus Vicarius Patriarchae cum administratio data fuit Preyposito infirmus eram; sed quod data fuit sibi dolui et doleo, et audivi et pro certo habeo quod canonici timore personarum, comminantibus sibi amicis et propinquis Preypositi, in danda administratione sibi consensere. et do licentiam nunciis jurandi in animam meam sic verum esse.

Ego Dominicus Presbyter Vicarius Wernardi Tergestini episcopi dico quod ego vidi Hermannum, Rodolfum, Megenardum canonicos, lacrimantes cum tractabatur de danda administratione Preyposito, quia videbant non posse Preyposito resistere. et alia vice audivi ipsum Preypositum dicentem: Quicumque intromittet se administrare canonicis, si ego forte eum invenirem in villis, si erit laicus, faciam eum interficere, si vero clericus, nasum et labrum

labrum faciam sibi amputare; et hoc dixit ante-
quam administratio fuit sibi data. Et audivi fra-
trem ejus F. dicentem: Quicumque se opposuerit fra-
tri meo, ego opponam personam meam ad au-
ferendam sibi suam personam, et do licentiam nun-
ciis jurandi in animam meam sic verum esse.

Ego Natalis Presbyter Vicarius Concordiensis Episcopi
dico quod fratrem Prepositi F. audivi dicentem in choro
Aquilegen.: si laicus erit qui se opponet fratri meo, deca-
pitabitur; si vero clericus, nasus cum labro sibi ampu-
tabitur. Et scio et testificor quod Canonici per comminatio-
nem et metum personarum concesserunt administratio-
nem Preposito, et vidi eos inde tristes usque ad mor-
tem; et do licentiam nunciis jurandi in animam meam
sic verum esse.

Ego Johannes Presbyter Vicarius Comitis audivi ipsum Pre-
positum minantem canonicis in personas, et audivi pro-
pinquos ejus in Ecclesia et extra Ecclesiam idem facien-
tes; et scio et testificor quod canonici per commina-
tionem et metum inimicitie consenserunt administratio-
nem Preposito, et vidi eos inde tristes usque ad mor-
tem; et do licentiam nunciis jurandi in animam meam
sic verum esse.

Ego Odescalcus subdiaconus dico quod non interfui
quando data fuit administratio Preposito, sed quod
factum fuit toleravi. Verumtamen quia id displicet fratri-
bus, ego una cum eis sentio. De eo autem quod di-
citur quod tabellio Prepositi scripsit me esse fautorem ejus
in consentienda administratione, penitus inficior, nec a
Preposito nec a tabellione suo super hoc interrogatus fui;
et do licentiam nunciis jurandi in animam meam sic ve-
rum esse.

Nos omnes prenominati Canonici addimus ad hec et uno
ore testificamur, quod per mediatores nostros optulimus
Preposito redditus duodecim marcarum annuatim si
ipse vellet quiescere et non auferre nobis administrationem.
Sed ipse nobis, consilio fratrum suorum et aliorum qui
in rusticos nostros modo dominantur et bona eorum di-
ripuerunt, respondit quod nihil reciperet nisi sibi ad-
mini-

ministrationem tradentur: Quod ipse Prepositus preter debitum factum indebita exactione rusticos expoliavit, et idem fecit Sacerdotibus postquam accepit administrationem, unde ~~multi~~ multi ex rusticis nostris, sicut ipsi dixerunt, iam de mansis nostris aufugissent, nisi ad manus et potestatem nostram unquam redire sperarent. et damus licentiam nuncii sic jurandi in animabus nostris. + Signum suprascriptorum Canonicorum, qui hoc rogaverunt fieri.

✠ Ego Petrus venet. capitulane ecclesie Presbyter et Canonicus atque Palatii Venet. Notarius, rogatus a Decano et ab aliis fratribus suprascriptis, sicut ex ore eorum singilatim audivi, ita scripsi, complevi et roboravi anno Domini Millo Cent. Octuag. Tertio. Octavo die exeunte mens. Octubr. Indict. secunda. capitulis.

uodo a

im,
e
isen

la
ad
er
es
od
os
sis
i-
m
um
im-
ure

em
ali
um

ede
re-
re
a.-
er-
s
no
ei
n-
ar-
d,
ius
es,
atas

Vedi a carte 6 e 7 dus M. A.
Il doc. di Vodarlico e Pat.
appartenente alla detta Commune
de Canonici d'Aq: tocficato a Prepositi
l'Amministrazione
come pure a carte 1. e 2. della serie
de documenti

1183, 24 Ottobre. Caorle. Il Capitolo d'Aquileja espone in un memoriale al Papa le violenze sofferte ad opera di Gabriele suo Preposito, per usurpare l'amministrazione de' beni capitolari.

214

Vedi doc.to 1192 giu-glio

Ego Liuprandus Aquilegensis Ecclesie Decanus. Otto Diaconus. Johannes Diaconus. Hermanus Diaconus Thesaurarius. Gompretus Diaconus. Johannes Diaconus. Rambaldus Diaconus. Otacus Diaconus. Mainardus Subdiaconus. Articus Subdiaconus. Menpotus presbiter. Petrus subdiaconus. Hermeimardus subdiaconus. Vinerius presbiter. Rodulfus Diaconus. Megenardus presbiter. Ulisus presbiter. Leonardus Diaconus. magister. Aldigerius acolitus. Petrus presbiter de Utino. et Vodescalcus subdiaconus omnes canonici eiusdem Aquilegensis Ecclesie. Bertoldus Vicarius Domini Patriarche. Natalis presbiter Vicarius Concordiensis Episcopi. Dominicus presbiter Vicarius Tergestini Episcopi. Johannes presbiter Vicarius Comitis. sicut iamdudum proposuimus, ita coram Deo et Sanctis eius promittimus manutenere iustitiam Aquilegensis Ecclesie et prosequi ipsam coram Domino Papa contra Gabrielem Prepositum qui contra privilegium institutionis comunis vite ab Woodorlico Patriarcha Apostolice sedis legato, consentiente toto Capitulo confectum et contra privilegium beati patris nostri Lucii Pape de confirmatione eiusdem comunis vite per nuncios nostros nobis directum meniens administrationem comunis totius vite per comminationem propinquorum suorum, nobis propter timorem personarum nostrarum consentientibus abstulit et iniuste detinet et quicquid Domino Pape super hac controversia statuere placuerit, nos cum omni obedientia et devotione volumus recipere.

Ego Liuprandus presbiter Aquilegensis Decanus dico quoque predicta administratio a fratribus michi collata fuit, sed in absentia cum propetendo

pallio Domini Patriarche ad Dominum Papam vexissem. data fuit Preposito. et cum cognovi quod ei data erat. dolui et contradixi quantum potui. nec aliud verbum ad consentiendum Preposito protuli nisi: quod factum est me absente et invito factum est. sed ex quo habet administrationem. ego cupio quod ipse sit bonus pater familias. et postea admonui Prepositum. ut pauperibus et hospitibus iuxta quod ipse promisit in manu Domini Patriarche cum administrationem suscepit, necessaria ministraret. Sed ipse sic respondit: facite vos elemosinam et hospitalitatem de vestris bonis et permittite me facere elemosinam de meis. sicut ego volo. Et de hoc do licentiam nunciis venientibus ad curiam romanam iurandi in anima mea sic verum est.

Ego Oto dico quod rogatus fui a quodam amico meo potente viro. ne Preposito in danda sibi administratione me opponerem. et quia Preposito non poteram nec audebam resistere. nec Ecclesiam volebam offendere quando data fuit administratio Preposito. Aquilegia exieram et cum scivi administrationem sibi datam. toto corde dolui. nec unquam ex corde consensi nec interrogatus fui sibi consentire. sed quia non potui aperte resistere. dissimulavi. Et preterea dico quod ipse audivi fratrem Prepositi minantem in personam Canonicis et dicentem quicumque fratri meo se opposuerit. illum volo cognoscere. et committo hoc nunciis. ut in anima mea iurent sic verum esse.

Ego Johannes Lombardus dico quod Prepositus minatus est michi feudum ab eo habitum auferre. et timore amittendi feudum et personam.

in danda sibi administratione consensi. et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Gompertus dico quod dictum fuit michi quod propinqui et amici Prepositi pro eo quod resistebam sibi ne haberet administrationem, minabantur michi abscindere nasum. sicut scindunt nasos equorum ungaricorum. et audivi fratrem Prepositi Fredericum nomine semel dicentem michi Aquilegie coram Archidiacono et aliis. quod si laicus esset qui fratri suo se opponeret. capite puniendus esset. si vero clericus. nasus cum labro foret ei truncandus. Et alia vice audivi quod idem Fridericus dixit: ego illum volo cognoscere qui fratri meo se opponet. Et quando administratio data fuit Preposito dolui et doleo et timore persone consensi et committo nunciis ut has res veras esse in anima mea iurent.

Ego Johannes dico quia dictum fuit michi quod Leonardus de Trecanto consanguineus Prepositi michi minatus fuit et quod ego consensi in administratione que data fuit. invitus feci et tunc dolui et nunc doleo et repeto eam cum fratribus et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Rambaldus dico quod multas minas audivi ex parte propinquorum Prepositi. et ideo timore persone mee consensi in administratione danda sibi et etiam quia videram magistrum Romolum iam pro eadem causa captum illicitum iuramentum fecisse. Sed quod data fuit administratio dolui et doleo et repeto eam cum fratribus meis et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Otacus dico quod blandiciis Prepositi et precibus Episcopi Tergestini seductus tunc consensi dare administrationem Preposito sed quia ipse non sicut promisit data fide in manu Patriarche administravit, nec curam gessit pauperum et hospitum nec gerit. doleo quod unquam data fuit sibi administratio. Et audivi quod Prepositus et amici sui multum minabantur Canonicis et committo nunciis iurare in anima mea sic verum esse.

Ego Rempottus dico quod multis nunciantibus scio quod Prepositus et propinqui sui omnibus Canonicis qui resistebant sibi minabantur in personas. Et scio quod nos obtulimus Preposito redditus duodecim marcarum annuatim si ipse vellet nos dimittere quietos: sed propinqui sui dicebant quod nec etiam redditus centum marcarum reciperent, nisi administratio daretur Preposito et cum verbis compositionis tractaretur inter nos et Prepositum et si nos sibi aliquid opponebamus. ipse nichil respondebat. Nec cum consilio Canonicorum Aquilegensium consensi in danda sibi administratione, invitus feci et quia videbam reliquos Canonicos qui sibi ante resistebant. territos timore personarum iam sibi consensisse. et do licentiam nunciis sic iurare in anima mea.

Ego Artuicus dico quod Bononie causa studendi eram cum administratio fuit data Preposito. sed cum cognovi esse sibi datam doluit doleo. et cum redii quantum potui et ausus fui contradixi et contradico. et do licentiam nunciis sic iurandi in anima mea verum esse.

Ego Wernerius dico quod audivi propinquos et amicos Prepositi minantes Canonicis in personas. sed tamen non minabantur michi. sed ego blandi= ciis et adulationibus Prepositi seductus in administratione sibi danda consensi. Sed quia ipse non sicut promisit data fide in manu Patriarche ministravit. et curam pauperum et hospitum neglexit et administrationem Decani de administrando pauperibus et hospi= tibus contempsit: doleo quod administratio fuit sibi data et repeto eam cum Decano et fratribus meis et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Rodolphus dico quod audivi fratrem Prepositi mich. Aquilegie coram Archidiacono et aliis dicentem quod si laicus foret qui fratri suo se opponeret decapitandus est. si vero clericus. nasus cum labro deberet ei amputare. Insuper audivi a multis quia idem F[edericus] dicebat cum administratio data fuit Preposito: hodie volo cognoscere qui fratri meo se opponet. Et quia videram magistrum R[omolum] iam captum et iterum eundem Romolum timore necis territum eo quod Prepo= situs innuendo et nominando ipsum dixerat ei in facie: illi qui sepe impediverunt honorem meum adhuc non cessant et videram illos fratres meos maiores ac potentiores me personarum metu territos iam consensisse ideo proprie persone et personarum propinquorum meorum qui prope domum fratres Prepositi habitant consensi invitus et tunc dolui quod data fuit sibi administratio et doleo et repeto eam cum fratribus meis et do licen= tiam nunciis iurandi sicut faciunt alii fratres.

Ego Megenardus dico quod ea die qua Canonici consenserunt dare admi= nistrationem Preposito cum essem infirmus non possem interesse Capitulo

recepi missum Patriarche si vellem consentire in danda administratione Preposito et ipse respondi. quod numquam consentissem licet multas minas a multis audivissem. Et post redditum Decani in camera coram Patriarcha cum ipse rogaret Decanum ut ipse consentiret. dicens quod omnes fratres iam consenserant. ego respondi quod falsum esset. quia numquam consensi nec consentire volo. Et postea cum placitum fieret coram Caprulano et Concordiensi Episcopis et delegatione Domini Pape et Prepositus proponet quod omnes Canonici consenserant sibi cum accepit administrationem. ego surrexi coram omnibus et dixi quod falsum erat. quia numquam consensi neque volo consentire toto tempore vite mee. et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Petrus dico quod minas que Canonicis inferebantur scivi. et ne administratio daretur Preposito quantum potui restiti nec antea consensi quam maior pars Canonicorum territa per capturam magistri Romuli et per minas Prepositi et propinquorum eius consentiret. Sed quando data fuit administratio sibi dolui et doleo et si postea prestiti aliquem favorem Preposito vel aliquid dixi tamquam fautor ipsius possem notari. coram fratribus meis in Capitulo peti veniam a Decano et quod ipse nomine penitentie michi iniunxit devote suscepi et complere volo et repeto administrationem cum Decano et fratribus meis et preterea eorum iuramentum teneo et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Ulricus dico quod antequam arriperem iter eundi ad Dominum Pagam. amici et propinqui mei dissuadebant michi ne iter arriperem narrantes

ta a multis audivisse minas quas inferebant michi amici et propinqui Prepositi. Ego tamen iter arripui et usque Venetias perveni et cum vidi missum et litteras Domini Patriarche que revocabant me et socium meum in virtute obedientie precipiendo nobis ut rediremus. multum dolui. Et postquam redii. Prepositus multas minas et contumelias in facie dixit michi; tamen ego non consensi donec magister Romulus venit lacrimando ad me et ad magistrum Aldigerum et rogavit nos.... si vitam eius diligeremus, quod nullum verbum proponeremus amplius quod impediret ne administratio daretur Preposito sed daremus operam ut sine mora sibi daretur. dicebant enim cum lacrimis quod nisi hoc fieret protestatum per Prepositum et fratrem eius cognovit quod mors sibi imminebat. Cuius precibus flexus et de me ipso timens consensi licet invitus et dolui et doleo quod unquam tradita fuit administratio Preposito et repeto eam cum reliquis fratribus meis et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego . . . . adus dico quod scio quia amici et propinqui Prepositi minabantur Canonicis in personas. Ego tamen circumventus blanditiis Prepositi et seductus consensi in danda sibi administrationem. Sed quia ipse non sicut promisit data fide sua in manu Patriarche administravit. nec curam pauperum habuit nec hospitum et admonitionem Decani de subveniendo pauperibus et suscipiendis hospitibus contempsit rusticosque expoliavit ego doleo quod administratio sibi data fuerit et eam cum Decano et reliquis fratribus meis repeto et do licentiam nunciis sic iurandi in anima mea sic verum esse.

Ver
Il
app
de i
l h
com
de

Ego Hermanus dico quod multe mine fiebant michi quas ego contempnebam et licet timerem dissimulabam. Sed antequam consentiremus dare administrationem Preposito. Archidiaconus venit ad me contractatarus super eodem facto et dixit michi: ego multum excusavi tes hodie coram Preposito et fratribus eius dicens quod tu non nocebas ei sicut sibi dicebatur. Sed quidquid sit. ego diligo te et ideo consulo tibi ne amplius te opponas sed ei quiescas. quia timeo ne in periculum persone incurras si aliter feceris et ideo ipse perterritus consensi et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse et adhuc multa alia dixit in hunc modum.

Ego magister Aldigerius dico quod precedenti die antequam capitulum intravimus ad consentiendum dare administrationem Preposito. fauctores eius palliando minas sub nomine dilectionis bis et ter venerunt ad me dicentes: nos diligimus vos et ideo consulimus vobis ne opponatis vos Preposito. quia vos non estis de terra ista et ideo non expedit vobis contraire Preposito. Insuper dicit cum agebatur de administratione. venit magister Romulus ad me lacrimandum ....um me ne amplius opponerem me Preposito sed adiuvarem eum quod Prepositus haberet administrationem. quia si hoc non fieret mors imminebat sibi et dicebat hoc se intellexisse a Preposito. Et ideo consensi et do licentiam nunciis sic iurandi in anima mea.

Ego Petrus presbiter de Ultrao dico quod minas multas audivi ab amicis et propinquis Prepositi et vidi maiores canonicos territos timore personarum

consensisse. Et ideo invitus consensi et dolui et doleo quod unquam consensi et repeto administrationem cum fratribus meis et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Hermenardus dico quod cum cognovi nuncios quos nos de mandato consilio et consensu Domini Patriarche Romam mittebamus ad Dominum Papam rediisse, ex corde dolui. Et cum insuper audivi magistrum Romulum fuisse captum et iniuste iurasse. ea die cum tradita fuit administratio. Preposito; timore propinquorum Prepositi non fui ausus me opponere. et eandem administrationem cum Decano et fratribus meis repeto. et quod Prepositus. sicut fertur. dicit quod partem suam foveam. penitus inficior. nisi omnes fratres mei vel maior et sanior pars administrationem sibi consentiri vellet. et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse et audivi a multis quod propinqui et amici Prepositi Canonicis minabantur.

Ego Megenardus dico quod audivi amicos Prepositi minantes Canonicis in personas. Sed tunc licet ego dissimulaverim quia non poteram resistere Preposito et propinquis eius. nunquam consensi nec interogatus fui si consentirem dare administrationem sibi. Sed quod data fuit sibi doleo et do licentiam nunciis sic iurandi in anima mea.

Ego Rodolfus acolytus dico quod audivi consanguineos et amicos Prepositi et ipsum Prepositum minantes Canonicis in personas et invitus consensi in danda administratione Preposito et tunc dolui et nunc doleo et invitus consensi et quia videram maiores Canonicos timore personarum territos iam consensisse. et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Thomas acolytus dico quod doleo quia unquam data fuit administratio Preposito et invitus consensi et repeto eam cum fratribus meis. et si Prepositus fecit me scribi in carta sua a tabellione suo. iniuste fecit et mentitus est ipse tabellio vel quicumque fecit scribi: quia ego nec precepi nec rogavi ut me scriberet nec consentio ei in retinenda administratione immo contradico et cum fratribus meis firmiter permaneo.

Ego Bertoldus diaconus vicarius Patriarche cum administratio data fuit Preposito infirmus eram. sed quod data fuit sibi; dolui et doleo et audivi et pro certo habeo quod Canonici timore personarum. comminantibus sibi amicis et propinquis Prepositi in danda administratione sibi consensere. et do licentiam nuncius iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Dominicus presbiter vicarius Wernardi Tergestini Episcopi dico quod ego vidi Hermannum, Rodolfum, Megenardum Canonicos lacrimantes cum tractabatur de danda administratione Preposito quia videbant non posse Preposito resistere. et alia vice audivi ipsum Prepositum dicentem: quicumque intromittet se administrare Canonicis. si ergo forte eum inveniam in villis. si erit laicus faciam eum interficere. si vero clericus nasum et labrum faciam sibi amputare. et hoc dixit antequam administratio fuit sibi data et audivi fratrem eius F[redericum] dicentem: quicumque opposuerit fratri meo. ego opponam personam meam ad auferendam sibi suam

personam. et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Natalis presbiter vicarius Concordiensis Episcopi dico quod fratrem Prepositi Fredericum audivi dicentem in choro aquilegensi: si laicus erit qui se opponet fratri meo decapitabitur: si vero clericus. nasus cum labro sibi amputabitur. et scio et testificor quod Canonici per comminationem et metum personarum consenserunt administrationem Preposito et vidi eos inde tristes usque ad mortem. et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Johannes presbiter vicarius Comitis. audivi ipsum Prepositum minantem Canonicis in personas et audivi propinquos eius in Ecclesia et extra Ecclesiam idem facientes. et scio et testificor quod Canonici per comminationem et metum inviti consenserunt administrationem Preposito et vidi eos inde tristes usque ad mortem. et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Ego Wodescalcus subdiaconus dico quod non interfui quando data fuit administratio Preposito. sed quod factum fuit tolleravi. verumtamen quia id displicet fratribus. ego etiam cum eis sentio. De eo autem quod dicitur quod tabellio Prepositi scripsit me esse fautorem eius in consentienda administratione. penitus inficior nec a Preposito nec a tabellione suo super hoc interrogatus fui et do licentiam nunciis iurandi in anima mea sic verum esse.

Nos omnes prenominati Canonici addimus ad hec et uno ore testificamur quod per mediatores nostros optulimus Preposito redditus

duodecim marcarum annuatim si ipse vellet quiescere et non auferre nobis administrationem. sed ipse nobis consilio fratrum suorum et aliorum qui in rusticos nostros modo dominantur et bona eorum dissipaverunt respondit quod nichil reciperet nisi sibi administrationem traderemus: quod ipse Prepositus preter debitum factum indebita exactione rusticos expoliavit et idem fecit sacerdotibus postquam accepit administrationem. unde multi ex rusticis nostris. sicut ipsi dixerunt. iam de mansis nostris aufugissent nec ad manus et potestatem nostram unquam redire sperarent. Et damus licentiam nunciis suis iurandi in animabus nostris. ✝ signum suprascriptorum Canonicorum qui hoc rogaverunt fieri

Ego Petrus venerande Capulane Ecclesie presbiter et canonicus atque Palatii Veneti Notarius rogatus a Decano et ab aliis fratribus suprascriptis sicut ex ore eorum singulatim audivi. ita scripsi complevi et roboravi Anno Domini Millesimo Centesimo Octuagesimo ~~[illegible]~~. octavo die exeunte. mensis Octobris. Inditione secunda Capulis.

Da copia di Mons. Francesco Florio, da pergamena orig. già nell' Archivio Capitolare di Aquileja. MS. Bibl. Florio.

1184 Gotofredo patr. d'Aquileja conferma al Capitolo d'Aquileja i doni fattigli dai suoi predecessori in Mozzana, Gonars, Trivignano. 25

Gotefredus Dei gratia sancte Aquilegensis sedis Patriarca dilectis fratribus Luiprando ~~deca~~ nisque eiusdem sedis canonicis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Pontificalis officii sollicitudo quam domino disponente gerendam suscepimus licet indigni. nos hortatur. ammonet et inducit. ut ecclesias Dei easque presertim que sub oculis providentie nostre sunt constitute. et specialiter sanctam Aquilegensem Ecclesiam que pre aliis nomen. hereditavit. et magisterii officium et dignitatis gloriam meruit obtinere. nec non et fratres in eadem sub Christi nomine militantes. paterne diligentie fovere debeamus affectu. et non solum ea que ab antecessoribus nostris predictis fratribus. collata noscuntur confirmare. conservare. ac protegere debemus. usibus eorum merito profutura. qui Deo et sanctis eius in ipsa Ecclesia diu noctuque deserviunt. verum et ex facultatibus que nostris et successorum nostrorum usibus debentur. suis indigentiis ubera consolationis prebere. Ea propter Fratres in Christo karissimi. L[ ]. Decane et vos universi eiusdem sancte Matris nostre Aquilegensis Ecclesie Canonici petitionibus vestris et precibus ut ratio postulat aurem benignam porrigentes. et vota karitatis vestre in omnibus condigno affectu complere desiderantes. plebem de Rippis quam dominus Patriarcha et predecessor noster Wodalricus eterne memorie vobis conferre promisit. et disposuit. cum capellis, quartisiis. dotibus et omnibus ad ipsam pertinentibus. vobis et per vos successoribus vestris qui pro tempore fuerint. iure perpetuo conferimus. tradimus. et donamus. et patriarchali auctoritate confirmamus habendam. Qualiter autem villam vestram que dicitur Mozana ab impetitione et omni iure Henrici de Malisana expedivimus propter quam idem Henricus multa mala et incomoda vobis et Ecclesie inferebat presentis privilegii scripto comprehendendam duximus. et successorum memorie relinquendum. Dedimus utique memorato Henrico sex mansos in villa nostra que dicitur Gonarium. nomine recti feodi. sub eo tenore

quod nec sibi nec alicui heredum suorum aliquo tempore ullius rei occasione aliquid iuris de predicta villa ab ipsius potestate omnimode excepta petere liceat. Quam etiam villam vobis fratribus et successoribus vestris qui pro tempore fuerint, taliter expeditam ut supra legitur, confirmamus. Domino protegente a vobis et successoribus vestris perpetua pace habendam et possidendam. Ut hec autem perpetui firmitate nitantur et semper inconvulsa permaneant, huius scripti pagina communimus et corroboramus, quam sigilli nostri impressione fecimus insigniri. Preterea proprietatem unius mansi iacentis in Trivignano quam nobis Mathias ministerialis noster resignavit, et vobis contulimus, hoc ipso scripto vobis iure perpetuo confirmamus habendam.

Actum est hoc Aquilegie anno dominice incarnationis M.C.LXXX.IIII. Indictione II.

Ego Albericus ipsius domini G. Patriarche Capellanus ipsius iussu hanc paginam scripsi, sigillavi et dedi.

Testes donationis predicti mansi sunt isti: Drudus Feltrensis et Iohannes Emonensis Episcopi. Andreas D. Patriarche sacerdos Capellanus. Paternus Tergestini Episcopi Capellanus. Henricus de Flumesello. et alii quam plures tam clerici quam laici.

Da copia dall'originale nella Bibl. Florio Vol. I Dipl. Aquil. Edito scorretto dall'Ughelli, Italia Sacra, V. 75 e dal Rubeis, Mon. Eccl. Aquil. 629.

1184. 9 marzo. Aquileja Il Patr. d'Aquil. Gotofredo pronunzia sentenza in favore del Monastero di Aquileja sulla decima di Isola 26

~~Da copia del sec. XIII pergam. nella Bibl. Civ. Udine~~

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Anno Dominice Incarnationis M.C.L.XXXIIII. Ind. II. Septimo idus martii.

Nos quidem G[oti]fredus Dei gratia Sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarcha cunctis ejusdem Ecclesie vassallis et fidelibus notum esse volumus qualiter venerabilis soror nostra Ermilinda monasterii sancte Marie Aquilegensis Abbatissa in presentia nostri constituta, idoneis testibus Vitali scilicet Tergestino gastaldione, et Ogero milite legitime probavit, quod decimationes de Insula, quas Anselmicus de Mugla ab ipsa habuerat post mortem eiusdem Anselmici in pace et quiete donec quidam vassalli predicti Anselmici eam pro infeudaverunt, possedevit; et ex eisdem Decimationibus sententia Pelegrini Aquilegensis Ecclesie Archidiaconi et Wodorlici de Pemberg cum totius Curie assensu, eam debere prefatas decimationes in pace et quiete possidere plenarie obtinuerit, salvo tamen jure pre=dictorum vassallorum ut si aliquid super eisdem decimationes habuerint conqueri, antedicta Abbatissa plenam eis satisfationem coram vassallis suis debeat exibere. Nos igitur hanc sententiam firmam et radam esse volumus et illibatam observari precipi=mus. nostroque sigillo corroboramus.

Hec ergo dicta sunt Aquil[egie] ante majorem ecclesiam

Interfuerunt Ignatius Episcopus Concordiensis, Dudulus Episcopus Feltrensis, Wernardus Tergestinus Episcopus, Johannes Emonensis Episcopus, Poppo Potenensis Episcopus, Walco Mosacensis Abbas, Henricus prepositus S. Stephani, Magister Romulus, Mathias de Flumisello, Pelegrinus et Bertoldus frater ejus, Wrovinus et alii quam plures.

Da copia del sec. XIII in perg. nella Bibl. Civ. d'Udine.

1184, 23 Settembre. Cividale – I Signori di Soffumbergo ~~[illegible]~~ concedono a diversi artieri la loro Curia o corte, detta Orto, in Cividale a perpetuo livello di 2 frisachesi all'anno etc.

Anno domini. mill. C.LXXX.IIII. octavo die exeunte mense Septembri Indic. III.

Nos quidem Mathias de Sorpenber et Wariendus pater et filius. in present. damus. tradimus. et concedimus. vobis scilicet Boynico. Ropreto de premariago. Genanno. Muvanutto. Everardo asabau. Jow...i filio Walperti. Raynaldo calafico. Wicaloni Pellegrino. filio pagani. et ipsi pagano Martinusso Arnoldo filio Ouruze: Wonconi cui nomen est dominicus Michone et Mingon fratribus Moraponi textori. Martino decano de ponte. Martino teyzoni Arnoldo gramoni. Martino filio puruleni. Gavioni fabro et Franconi vestrisque heredibus libellario iure in perpetuo Curiam nostram austrie civitatis que fuit quondam patris mei D. Otacii in perpetuum sicut in vestris circundat et aliam terram extra eandem curiam que vocatur orto dom(inus)) in perpetuo ad habendum. tenendum. ac possidendum. et casas super edifficandum. ac pensionem nobis et nostris heredibus, sicut unusquisque vestrum de predicta terra habuerit reddendam. scilicet unusquisque pro uno quoque passo per latitudinem quod de predicta terra habuerit annualiter in purificacione sancte Marie pensionis gratia duos frisacenses nobis et nostris heredibus persolvere debeat Preterea

Iohannem filium Walperti qui[...]tum debet persolvere triginta et duos
frisacenses. licet Rainaldus qui debet dare sedecim frisacenses. Alii
vero omnes ut supra dictum est, pro uno quoque passo de predicta
terra habentibus per latitudinem pensionis gracia annualiter per
solvant. Et si qui deinceps de predicta terra acceperint ipsi et eorum
heredes eodem iure utantur. sicut supra dictum est. Et si quis vestrum
licet vestrorum heredum predictam pensionem ad predictum terminum ~~duplare debeat. quod~~
ut supra dictum est ~~si non fecerit~~ nobis aut nostris heredibus vel ~~licet~~ nostro certo misso
non persolverit. tunc predictam pensionem duplare debeat. quod si
non fecerit cum ipsa terra et casa remota omni occasione ad nostram
iusticiam dandam ac persolvendam eum debeamus constringere. Et
si quis vestrum predictam terram quandoque vendere voluerit nobis
et nostris heredibus emere volentibus iusto precio vendat. Si vero
emere noluerimus. tunc cuicumque voluerit vendendi. donandi. pro anima
iudicandi ad predictam pensionem nobis et nostris heredibus ut supra
dictum est persolvendam salvo iure domini licenciam et potestatem
habeat. Et si nos qui supra scilicet Mathias et Wariendus ~~vel~~ nostri
heredes hunc libellum quolibet ~~modo~~ aliquo in tempore infrignere tempta
verimus. et predictam terram vobis et vestris heredibus legittime ab omni
homine non auctorizaverimus tunc pene nomine illi contra quem litem
intullerimus ~~marcam~~ unam dare promittimus et insuper hic presens libellus

ut supra legitur in integrum semper maneat incorruptus.

Actum ante ecclesiam maiorem austrie civitatis feliciter.

Predictus Matthias et Wariendus pater et filius hunc libellum ut supra legitur scribere rogaverunt. Unde supra rogati testes D. pellegrinus sancte aquilegensis ecclesie vicedominus. et civitatensis prepositus. Rupretus de cannusso. Wecel. et Leonardus de Galano. Iohannes de sancto vito. Iohannes Musebitus. Adalperus Gastaldus. Rainerus. Rezenardus. Gerardus. Martinus cardenarius. Dictrius de Maniago. henricus ionam. et Gezellus filius eius.

Ego petrus iudex et notarius hunc libellum ut supra legitur scripsi rogatus.

Arch. Capit. di Cividale, Vol. II perg. 50.

Ve
Il
app
le
l'h
con
le

1184 30 ottobre - Verona. Bolla di Pp. Lucio III colla quale prende sotto la sua protezione Peregrino arcidiacono d'Aquileja e i suoi beni.

Lucius servus servorum dei dilecto filio Peregrino Aquilegensi archidiacono salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit. et ne pravorum hominum molestiis agitentur. eos tanquam pia mater sue protectionis munimine solita est confovere. Ea propter dilecte in domino fili devotionem quam erga nos et Romanam ecclesiam habere dinosceris attendentes. personam tuam cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis que in presentiarum iuste et pacifice possides vel in futurum ..... modis prestante domino poteris adipisci. sub beati Petri et Pauli protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Specialiter autem archidiaconatum Aquileiensem cum pertinentiis suis sicut ipsum iuste et pacifice possides devotioni tue auctoritate apostolica confirmamus. statuentes ut si te in aliquo gravare presenseris libere tibi liceat sedem apostolicam appellare. Nulli ergo omnino hominum fas sit personam tuam vel bona temere turbare. seu hanc paginam nostre protectionis confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurus.

Data Verone III Kal. Novembris. (manca la bolla).

Arch. Capit. di Cividale, Vol. II perg. 46,

Ve
Il
app
le
l
con
de

1184. 13 9bre – Cividale. L'ab. Woldorico di Millstatt (ricevuto il prezzo) offre e dona al Preposito e Canonici di Cividale quattro mansi e mezzo in Caporetto.

Collez. Fontanini vol. 648, p. 294 t. R. Arch. di Stato, Venezia.

A. D. MCLXXXIV, idibus novembris, indictione IIII. in presencia illorum rogatorum testium. Bertoldi Decani, Artuici. Conradini Pertoldi Canusini. Jacobi de Percoto. Johannis Walperti. Magistri Conradi canonicorum. Ruperti de Canus. Pernardi Wolrici de Portis. Zilii Heinrici Jone. Enurici. Wodolrici Chononis de Predon. Marquardi Rufi. Ermanni. et aliorum.

D. Woldricus abbas de Millistat cum consensu archiepiscopi sui – qui consensus exprimebatur in litteris capituli ibidem per Wolcherum et Alcherum ostensis et lectis sigillatisque sigillo ecclesie de Millistat: ad preces D. Pellegrini Civitatensis Prepositi et pro precio XVI marcharum frisacensis monete quas dixit sibi esse solutas a D. Pellegrino preposito Civitatense contulit cum fratribus suis Wolchero et Algero supra altare S. Marie Civitatensis ecclesie .IIII. mansos et dimidium quos monasterium de Millistat habebat ac detinebat in villa que dicitur Kavoretum iuxta Iuncium cum omni iure et proprietate que sibi et ecclesie de Millistat attinebant pro remedio

anime ipsius Prepositi. canonicis eiusdem ecclesie perpetuo futuris.
promiserunt siquidem idem abbas et confratres sui prenominati
pro se et ecclesia ac fratribus suis hanc donacionem ratam et
inconvulsam perpetuo se habituros sub pena dupli predictorum
mansorum cum omni melioracione que eis in aliquo tempore
accesserit. Actum est in choro civitatensis ecclesie feliciter.
Ego Petrus imperialis notarius interfui et hanc cartam rogatus
scripsi.



Da perg. orig. nell' Arch. Capit. di Cividale.

1185-1187 Riprando Vescovo di Verona richiama scomunica Federico di Caporiaco per violenze da questo fattegli mentre nella di lui nave andava in Terrasanta. 30

Reverendo . . . . R(iprandus) dei gratia Veronensis Ecclesie episcopus. Devotum cum orationibus absen . . . . Imperatoria nomina fecissemus donec inter Christianos et Saracenos . . . . Fridericus de Cauriaco cum nave sua supervenit. Qui quum . . . . ipsum convenimus . . . naucleroque suo cui super hoc nobis pre . . . . et super mansione nobis et nostre familie sufficienti . . . . idem Federicus parum sibi de ipsa reservasset . . . . incepit cameram nostram . . . . penitus nobis . . . . et aerem in altera camera maliciose . . . . omnemque nobis quam potuit incomoditatem ingessit. Non solum autem nos immo plurimos . . . defraudavit, ita ut . . . suis mansionibus eiceret et aliis carius venderet et plerosque ab aere liber . . . . . . compelleret . . . . aere corrupto et fetore assiduo interire adeo ut idem . . . . . opera . . . bonorum sanguinis multorum reus habeatur. Denique cum ad quemdam portum Crete inhabitabilem applicuisset et ipsius et omnium . . . . . consilio . . . . ad terram exeuntes nuntios pro victualibus ad villas . . . misissemus ipse nobis et Patavienso episcopo cum pluribus bonis hominibus in terra relictis, vela ventis dedit et nos . . . . . gradum . . . .

NB: Questo documento fornito dal Dott. V. Joppi fu pubblicato con la illustrazione storica dal Sig. Co. Carlo Cipolla a Verona 1892 Tip. Franchini per nozze Salvioni-Tavelli

. . . et si ventus validus . . . intervenisset, nos non solum navim ~~contegere~~ non potuisse . . . . . eorum . . . . . homines per . . . . . . missi inter barbaros . . . octo personas remanserunt. Quo igitur hijs et alijs pluribus offensis nos dampnificando canonice late incidit sententie cum et pecunia et mansione conducta nos spoliaverit et pluribus modis . . . . . nos intentaverit ut causam excommunicationis quam imperatorie ~~. . . . .~~ prescriptionis nodum et penam incurreret, ~~. . . . .~~ discretionem vestram monemus in domino quatenus intuitu iustitie et immunitatis apostolice et. . . . .

(et publicarum?) ipsumque vitetis et ab omnibus . . . .

Da copia fatta dal canonico Giandomenico Guerra di pergamena molto guasta esistente nel 1790 nell'Archivio Capitolare di Cividale.

N.B.: Vesc.o di Verona Riprando 1184-1188.

Vesc.o di Padova 1169-1214 Gerardo Marcellia o degli Offreducci padovano.

Reverendo . . . . R. Di gra Veronen. late Epi. Devoto cu
orac. . . . . sepatoria mora fecissemus donec inter xpianos
et saracenos . . . . Fridericus de cauriaco cum nave sua super-
venit. Qui qm . . . . ipso convenimus . . . naulero suo, cui
super hoc nobis pre . . . . et super mansione nobis et nostre fa-
milie sufficienti . . . . idē 7. parum sibi de ipsa reservas . .
invasit cameram nram . . . . penitus nos . . . . .
et aere in altera camera maliciose . . . . omnemque nob. q potuit
incomoditatem ingessit. Non solum aut nos, imo plurimos . . . . defrau-
davit. ita ut . . . a suis mansionib. cicaret et aliis carius vendet, et
plerosque ab aere liber . . . . . compellet . . . aere corrupto, et fetore pessi-
mo interiere. adeo ut idem ~~[illegible]~~ opera . . . bonorum sanguinis multorum
reus habeatur. Denique cum ad quendam portu Crete inhabitabilem
applicuisset, et ipsius et omn . . . qtilio . . . ad terram excensus nu-
tos pro victualibus ad villas . . . . . misissemus. ipse nob. et patavicense epo
cu ptib. bonis nris in tra relictis ~~[illegible]~~ vela ventis dedit, et nos barca queda
et si ventus validus intervenisset, nos non solu navim con-
sequi non potuisse . . vero . . hoīs . . milli inter barbaros
sexto psonas remansert. Quo q hiis et aliis ptib. offensis nos dignisi-
cando canonice late incidit sententie. cu et pecunia et mansioē gduta nos
spoliavit, et ptib. modis . . nos inquietavit, ut ea excomunicatis. quod impatoria
plcptōis nodis et penam y incurreret. discretioē vrā monemus in dño, quatenus
intuitu iusticie et immunitatis ecclie et . . . . et publicatum.
ipsumque vitetis et ab omnibus . . . . .

dall'Archivio Capitolare di Cividale. Trascritta da Mons. Guid. Grion.

1184 — 1188: (Verona). Rignardo vescovo di Verona intima la scomunica a Federico di Capriacco per i soprusi usati(?) durante il suo viaggio in Terrasanta nella sua nave.

1187. 12 Febbrajo. Verona. Gotofredo Patriarca di Aquileja, conferma all'Abate di San Zeno in Verona, la Chiesa di San Procolo sub testimonio venerabilium Rignardi Veronensis episcopi . . Aldericio Notaio

Da pergamena originale nei MSS. Cicogna Volume 2132/3 nel Museo Civico, Venezia

Ve
38
1719
l'e
f.
con
la

1185 . 1 Marzo - Verona - Pp. Lucio III esenta l'Ab.ª di Rosazzo dalle decime per le terre lavorate in economia, immunità di cui godevano i monaci da 40 anni —

Lucius Episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis Abbati et Conventui Rosacensi salutem et apostolicam benedictionem. Tanto religiosa loca debemus artiori caritate diligere ac favere quanto dignior in eis exhibetur Domino famulatus. Eapropter quieti et commoditate vestre providere volentes Vos auctoritate presentium sicut a quadraginta annis a prestatione decimarum de laboribus terrarum vestrarum quas propriis sumptibus colitis et vestrorum animalium nutrimentis immunes et liberi extitistis, ita in futuro decernimus permanere.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Verone Kalendis Martii

(L'anno è dedotto da confronti nel Jaffé Regesta Pontificum, Berolini 1851)

Dall'originale pergamena esistente nel 1530 presso il nob. Bertoldo qm Giovanni di Manzano di Cividale avente la bolla plumbea pendente con da una parte le due teste dei S.S. Pietro e Paolo, e dall'altra le parole = Lucius Pp. III =.

Da Copia del Cancelliere dell'Ab.ª Rosacense Giacomo Moroldi, presso la Civ. Biblioteca di Udine —

1185, 16 Luglio. (Cividale). Esame di un testimonio sul possesso della Villa di Potoc.

Exemplum ex autentico relevatum et cum sigillo d. G[otefredi] patriarche sigillatum.

Notum sit omnibus presentibus et futuris. quod wodorlicus ruffart in ultimis positus iuravit supra sacrosancta evangelia presentibus nunciis d. patriarche: gotfredo. Viderlic et pertoldo civitatensi decano. martino de cordevado. magistro folchero. Johanne de portis quod ipse interfuisset. vidisset et audivisset. quando pertoldus apud albanam in confinio mortis positus. testamento dimisit canonicis civitatensis ecclesie. totum alodium quod videbatur habere aput potozan. in confinio scrilaci et cerpac. sive carst. et hoc fecit in domo marcoardi avunculi sui. et post sepulturam eiusdem. wertold. idem wodorlicus ruffart interfuit vidit et audivit quando iamdictus Marcuardus vice predicti pertoldi nepotis sui iuxta morem. suus terre cum cirotheca sua posuit prefatum alodium supra altare sancte marie ad ius canonicorum eiusdem ecclesie et ipse ruffardus retulit ei grates et hoc totum iuravit coram iam dictis nunciis d. patriarche qui missi fuerant ad recipiendam attestationem eius super hoc negotio. presentibus testibus videlicet. pernardo de cerclara. et supra scripto Johanne de portis. et Johanne filio Wolframi. martino muratore.

et ortuino filio reinardi masparii. in domo prememorati ruspardi.
actum est hoc anno ab incarnacione domini M. C. LXXX. V.
XVI. die mensis iulii. Ego andreas in hac causa specialis a d. patriarcha
notarius constitutus rogatus propria manu scripsi.

✠ Ego Iohannes sacri palacii et d. Imperatoris Frederici notarius autenticum huius exempli vidi et legi et ut in eo continebatur exemplavi.
nil littera vel silaba plus minusve et me subscripsi.

Arch. capit. di Udine, VI II, per 51 copia contemporanea all'atto

1185, 17 Agosto. Cividale. Citazione di D. Dietrico di Saule nella lite pei beni del q. D. Bertoldo di Albana col capitolo di Cividale.

Anno domini mill. c. LXXXV. XV die exeunte augusto. Indic. III. Ego quidem petrus imperialis notarius iussu et auctoritate d. Gotefridi aquilegensis patriarche viva voce vocavi d. Dietricum de Saulo et sibi legittime dedi terminum apud civitatem pro causa que vertebatur inter ipsum Dietricum et canonicos civitatenses pro bonis que pertoldus de albana dimiserat pro anima sua ecclesie sancte Marie de civitate. et expressi sibi quod prelibatus d. patriarcha miserat michi litteras et preceptum suum super hoc. Ipse vero ita vocatus constanter dixit se non venturum ad causam nec aliquid inde facturum

hoc actum fuit in maiori ecclesia austrie civitatis presentibus videntibus et audientibus d. fulcerio magistro scolarum. et d. Dietrico de bono fonte

Et ego idem petrus notarius hoc scripsi

✝

Arch. Capit. di Cividale, Vol. II perg. 52

1185, 17 agosto. Cividale. Dietrico di Sacile chiamato in giudizio, dichiara di non presentarsi a rispondere nella causa tra esso ed il Capitolo di Cividale.

Colleg. Fontanini; Vol. 648. p. 306 R. Arch. di Stato, Venezia.

A. D. MCLXXXV, XV die exeunte augusto. ind. III. Ego quidem Petrus imperialis notarius iussu et auctoritate D. Gotefredi Aquilegensis Patriarche viva voce vocavi D. Dietricum de Sacilo et sibi legitime dedi terminum apud Civitatem pro causa que vertebatur inter ipsum Dietricum et canonicos civitatenses pro bonis que Pertoldus de Albana dimiserat pro anima sua ecclesie S. Marie de Civitate et expressi sibi quod prelibatus D. Patriarcha miserat mihi litteras et preceptum suum super hoc. Ipse vero ita vocatus contradixit dixit se non venturum ad causam nec aliquid inde facturum.

Hoc actum fuit in maiori ecclesia austrie civitatis presentibus videntibus et audientibus D. Folcerio magistro notarium et D. Dietrico de bono fonte.

Et ego idem Petrus notarius hoc scripsi.

Dalla perg. orig. nell'Arch. Capit. di Cividale.

1185, [illegible] (Cividale). [illegible] nel processo
della villa di Potoc [illegible] il capitolo di Cividale
[illegible] Dietrico di Sacile

Anno domini mill. c. LXXXV. XV die intrante Septembri. Indic.
III Marolduس de Galano interogatus[1] dixit quod ipse fuit cum
d. thoma preposito in villa de potoc et vidit quod idem
prepositus intromisit se de ipsa villa nomine ecclesie
sancte Marie de civitate et canonicorum et quod hoc fuit
post mortem d. pertoldi de Albana cuius predicta villa fuit,
et vidit quod idem prepositus accepit redditus predicte
ville et possedit ecclesia et canonici ipsam villam per
x annos et plus in pace et quiete. Et dixit quod ipse
audivit quod pertoldus de Albana dedisset predictam villam
ecclesie sancte Marie et canonicis civitatensibus. — Interogatus
quo tempore Dietricus de Sacil se intromisisset aut possedisset
predictam villam, dixit se nescire et dixit quod postea vidit
canonicos civitatenses conquerentes supra Dietricum de Saculo
de predicta villa domino patriarche peregrino. et domino patriar-
che Wodolrico nec non et domino patriarche Gotefredo — Intero-
gatus a. c. dixit se nil scire.

Iudeta interogata et dixit quod ipsa vidit pertoldum de Albana
habere et tenere villam de potoc unde lis est inter canonicos et Dietri-
cum de Sacil et vidit quod Marquardus di Albana post mortem
pertoldi de Albana posuit predictam villam ut solet fieri supra altare

1) Et iuratus, [illegible]

Sancte Marie de civitate pro anima eiusdem Pertoldi. — Interogatus
a. c. dixit nescire.

Marquardus de porta presana interogatus dixit quod ipse fuit
cum preposito Thomas in villa de Potoc et vidit quod idem
prepositus intromisit se de ipsa villa nomine ecclesie S. Marie
et canonicorum civitatensium et accepit partem redditus pre-
dicte ville. et hoc post mortem Pertoldi de Albana. Et audivit
dicentem quod idem Pertoldus dedisset ipsam villam iamdicte ecclesie
et canonicis. et si Conradus Decanus dedisset .XII. marcas Dietricus
de Savilo quod dimisisset ipsam villam ecclesie et canonicis de civitate.
Dixit quod XXX. anni sunt quod prepositus intromisit se de ipsa
villa — Interogatus de a. c. dixit nescire.

Dietricus de ponte iuratus dixit quod d. Maroldus ar tantum plus
quod ipse vidit predictum prepositum et canonicos possidentes pre-
dictam villam per duos annos quiete et vidit quod redditus pre-
dicte ville illorum duorum annorum venere in camera canonicorum.

~~Fredericus~~ Artuuericus de [illegible] interogatus dixit quod audivit dicentem
predictum Pertoldum dedisset predictam villam ecclesie et cano-
nicis et quod prepositus accepisset redditus eiusdem ville et nil
aliud.

Rainerus de ponte interogatus dixit quod ipse fuit cum preposito
Thome apud Albanam ubi Pertoldus de Albana iacebat et vidit
et audivit quod idem Pertoldus dedit villam de Potoc ecclesie Sancte
Marie de civitate et posuit eam supra altariolum ut solet fieri

et rogavit Marquardum avunculum suum ut ipse et ipse portaret altariolum vice sua supra altare sancte Marie civitatis et ipse Marquardus cum preposito et aliis multis venit ad civitatem et posuit altariolum et predictam villam supra altare sancte Marie pro anima predicti pertoldi sicut ipse rogaverat. et de ea infirmitate mortuus est predictus pertoldus. de tempore dixit quod XXX anni sunt.

Martinus interogatus quod audivit dicentem predictum pertoldum dedisse predictam ecclesie sancte Marie et quod intromisisset se de ea. et dixit quod XXX. anni sunt pertoldus mortuus est.

Ego petrus imperialis notarius iussu et auctoritate d. Gotefredi patriarche audivi et scripsi in capitulo civitatensi presentibus et audientibus d. Johanne de portis. dietrico de Maniag. Zilio et Johanne mosohita. Fr. ... [illegible]

[illegible] Vol II, pag 53

1185, 24 ottobre. Venezia. Marco vescovo Castellano scomunica Corrado ed Enrico fratelli di Sacile, come inobbedienti nella causa per la villa di Potegano tra essi ed il Capitolo di Cividale

36

Collez. Fontanini Vol. 648, p. 301. t. R. Arch. di Stato, Venezia.

Ego Marcus Dei gratia Castellanus episcopus Conradi de Sacilo et Henrici fratrum eius pro eo quod sententie quam tuli inter eos et canonicos civitatensis ecclesie ex delegatione D. Fidenti cardinalis apostolice sedis legati, super bonis de Potegano que Bertoldus de Albano in ultima voluntate memorate ecclesie dimisit, parere noluerunt. et a me commoniti eadem bona canonicis predictis restituere contumaciter contempserunt. Auctoritate omnipotentis Dei et romane ecclesie et mea vinculo excomunicationis innodo usque ad condignam satisfactionem.

Actum est hoc in palacio D. Marci Castellani episcopi in presentia presbiteri Balduini castellane ecclesie canonici, Petri eius ecclesie diaconi. presbiteri Gervasii, Mathei clerici, Jacobi clerici. Johannis. Ruperti Petri. Martini. Anno domini MCLXXXV. octavo die exeunte mense octubri. indictione tertia decima.

Ego Valerianus presbiter castellane ecclesie canonicus notarius interfui et rogatus scripsi et roboravi.

Da perg. nell'Arch. Capit. di Cividale.

31

1185–1187. 11 Marzo. Verona. P. Urbano III scrive ai suffraganei
della Chiesa d'Aquileja di rimettersi al Patriarca ogni volta
che venissero richiesti.

MSS. Fontanini t. LXXVIII pag. 188 Bibl. di S. Daniele,
e pag. 58 Vol. II Arch. Capit. di Cividale.
Da perg. orig. nell'Arch. Capit. di Cividale.

Urbanus episcopus servus servorum dei venerabilibus fra-
tribus universis Aquilegensis Ecclesie suffraganeis salutem et
apostolicam benedictionem. Venerabili fratri nostro Patriarche
vestro dedimus in mandatis ut vobis ad suam presentiam con-
vocatis, a quolibet vestrorum, de indemnitate Ecclesiasticarum
rerum accipiat cautionem, ideoque fraternitati vestre
presentium auctoritate mandamus atque precipimus, qua-
tenus cum ab eo fueritis requisiti, ad ipsius presentiam acce-
datis, et de indemnitate Ecclesiarum vestrarum sufficien-
tem eidem et iuratoriam cautionem, appellatione remota,
prestetis de possessionibus Ecclesiarum vestrarum, feudo
vel aliis illicitis modis nihil alienare in terea presumen-
tes. – Datum Verone V idus martii.

1186 o 1187. 16 gennajo. Verona. Papa Urbano III scrive [illegible] Patriarca d'Aquileja Gotofredo, sul modo di ovviare [illegible] gli appelli alla S. Sede non si prolunghino [illegible]

Vol. XXIV. p. 249. Mss Fontanini nella Bibl. di S. Daniele, dall' archivio Vaticano.

Urbanus episcopus servus servorum Dei; Venerabili fratri Gotofredo Aquilegensi Patriarche salutem et apostolicam benedictionem.

Ad audientiam nostram pervenit quod multi in causam [illegible] te sedenti ~~sedentes~~ in appellationibus vocem frustratorie dilationis occasione ~~sedentes~~ assumunt, et quandoque terminum aliquem, quandoque nullum appellationi sue prefigunt, nec tamen, eam licet diem prefixerint. Cum nemini debeat suus dolus prodesse, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si aliqui coram te causas habuerint, de certa die prefixa ad Sedem Apostolicam appellaverint, in ipsius appellationem tuam infra [illegible] moneas diligentius et compellas. Si autem eam prosecuti non fuerint, tu illos super his, que in questione [illegible] tentur, iudicio tuo parere, appellatione remota, constringas. Illos vero, qui nullum appellationi sue terminum prefixerunt, diem convenientem assignes, infra quem eorum aut appellationem prosequantur aut iudicio tuo super controversia, sicut dictum est, remoto appellationis obstaculo, parere compellas, nisi more tuo rationabilem tibi excusationem ostendant.

Datum Verone XVII Kal. Febr. (1186 o 1187).

An. 1186. 3 marzo. Verona. Papa Urbano III. Lettera della ~~...~~ a favore dell'Abbazia delle Bellygna confermandone le rendite ed in particolare la Chiesa di ~~Gratz~~ Windisgratz

Ex antiquo exemplo

1158?

37

Urbanus Episcopus servus servorum Dei ven. Fratri Aquil. Patriarche salutem et Apost. benedictionem. Dilectus fil. noster Beliniensis Abbas transmissa Nobis conquestione monstravit, quod Nobilis vir Marchio Histrie et filius ejus Ecclesiam sancti Pancratii de Grez per Ottaker Marchionem Stirensem monasterio violenter ablatam illicite detinet, et reddere contradicit. Quum igitur locis piis et religiosis in iure + nos convenit diligenter adesse, Fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatinus predictum Marchionem et ejus filium omni diligentia moneas et inducas, ut prefatam Ecclesiam prescripto monasterio pacifice dimittentes, perceptos fructus sine dilatione restituant; vel in tua presentia iustitie plenitudinem non differant exhibere. Si autem neutrum horum facere forte noluerint, nullius contradictione vel appellatione obstante eos infra triginta dies post harum susceptionem ecclesiastica censura percellas; nec sententiam absque congrua satisfactione relaxes; et sub anathematis districtione prohibens ne quis Presbyter vel clericus in eadem Ecclesia per eos divina presumat officia celebrare. Provideat autem discretio tua, ut taliter mandatum Apostolicum exequaris, quod idem Abbas propter hoc ulterius non cogatur ad sedem Apostolicam laborare. Datum Verone V Nonas Martii.

+ forte religiosorum injuriis

Confer cum Wolrici Pat. II Diplomate edito a J. Bertanino in Vindiciis Vet. Diplomat. num. 11.

(1) forse monaco ?

1186, 5 luglio. Giustinopoli. Donazione fatta dal Comune di Giustinopoli a quel Vescovado.

Vol. XXIV [illegible] Fontanini, p. 179. Bibl. S. Daniele?
Ex MS Apostoli Zeni

In nomine Domini Dei eterni. Regnante Domino nostro Federico piissimo Imperatore, Anno Domini MCLXXXVI, indictione IV, mensis julii quinta die intrante. Actum in Civitate Iustinopolitana in maiori Ecclesia in presentia [illegible] magistri Guilandi sancte romane ecclesie [illegible] et magistri [illegible] et [illegible] Patriarche magistro [illegible] et magistro [illegible] et [illegible] Hermanno thesaurario [illegible] aliorumque [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] et [illegible] voluntate et consilio [illegible] nostre civitatis [illegible] et omnis nostre [illegible] spontanea voluntate [illegible] possessionibus nostro episcopatui ex predicte Civitatis [illegible] de possessionibus nostro episcopatui [illegible] quas habere et tenere visi sumus, videlicet de [illegible], de [illegible] et de [illegible] et de insula [illegible] cum omnibus suis pertinentiis in integrum et de mille campis vinearum in finibus nostris eo siquidem tenore, quod noster proprius Episcopus et sui successores ad utilitatem sue mense habeant potestatem vendendi, donandi, infeudandi vel quolibet titulo eas possessiones alienandi. Et si in quocumque tempore aliqua persona contra hanc nostre donationis et refutationis chartulam ire temptaverit aut aliquo modo vel ingenio

iure et rationabiliter non potuerimus [illegible] [illegible], tunc quod

(1) Forse Romulo?

[illegible] [illegible] in Pringano [illegible]
[illegible], tam nos et nostros heredes ab omni homine
[illegible] et defendere promittimus, quod si guarentare
[illegible] non [illegible] [illegible]
[illegible], tunc quod amplius fuerit, [illegible] [illegible]
[illegible] in [illegible] spondemus [illegible]
[illegible], tunc quod amplius fuerit, sub estimatione
bonorum [illegible] et nostros heredes nostro episcopo, qui tunc
erit, [illegible] [illegible] in [illegible] nos obligamus. Insuper
addimus et [illegible] promisimus [illegible] decimationes nostri
[illegible] pro remedio animarum
[illegible] Episcopi [illegible]
[illegible], et [illegible] ~~habeant~~ habeant et possideant
et [illegible] in proprios usus habeant et possideant
[illegible] non [illegible] in tendare atque aliquo
[illegible] [illegible] inde chartule uno
[illegible] [illegible] chartulam habere debet
[illegible], quarum unam chartulam [illegible]
[illegible] chartulam [illegible] et decanus
[illegible] Dominicus [illegible] archidiaconus,
[illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] magister [illegible], [illegible], sacerdos, Petrus sacerdos, Salva
[illegible] Germanus sacerdos [illegible] sacerdos, Petrus sacerdos, [illegible] subdiaconus, Iohannes
[illegible] capellanus, [illegible]
[illegible] Iohannes subdiaconus, Petrus Pentulus capellanus, Randul
[illegible] civitatis [illegible] Hengoiçius iudex,
[illegible] inde [illegible] civitatis [illegible] et alii quamplures.
[illegible] notarius, Alemannus maior et alii quamplures. et de [illegible]
[illegible] civitatis [illegible] interfui et de [illegible]
[illegible] Communis hanc chartulam manu mea
[illegible] et [illegible]
propria scripsi.

41.

1186. 5 luglio. Giustinopoli (in cattedrale). Il Podestà, consoli e comune di Giustinopoli donano al Vescovo di detta Chiesa Lupaio, Padena, Pillo Roveredo, l'isola di (?) e pertinenze la decima dell'olio alla presenza di due legati del Papa e del Patriarca d'Aquileja Gotofredo.

Vol. XXVI. Miscell. Fontanini p. 149 t° Bibl. di S. Daniele

Ex MSS Apostolo Zeni. — Stampato dal Carli nell'opera antichità Italiane Tomo IV nell'appendice un altro documento sullo stesso argomento del 14 decembre 1194. —

In nomine Domini Dei eterni. Regnante Domino nostro Frederico piissimo Imperatore; anno domini MCLXXXVI, indicione IV mensis julii quinta die intrante. Actum in civitate Iustinopolitana in maiori Ecclesia in presentia venerabilium Dominorum Pape, videlicet Magistri Gualandi sancte romane Ecclesie subdiaconi, et Magistri Henrici domini Pape castellani et coram venerabilis domini Gotofredi sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarche, magistro Landulfi magistro Ubaldo et Domino Hermanno (?) notario. Inter nos quidem Consules Iustinopolitane Civitatis Pitro Vatem et (?), scilicet Letifredum Johannem Saracenum et Leonem, de voluntate et consensu Communis nostre Civitatis donationem et omnis nostre actionis, quam habemus, finem et refutationem super altare sancte (?) sedis (?) fecisse de possessionibus nostro Episcopatui (?) videlicet de Lupaio, de Padena et de Pillo Roveredi ac de insula Milani cum omnibus suis pertinentiis in integrum et de mille amphis vinearum in finibus nostris eo siquidem tenore, quod nostri proprius Episcopus et sui successores ad utilitatem sue mense habent potestatem vendendi, donandi, infeudandi vel quolibet titulo eas possessiones alienandi. Et si in quocumque tempore aliqua persona contra hanc nostre donationis et refutationis chartulam ire tentaverit aut aliquo modo vel ingenio corrumpere voluerit aut revocare vel infringere presumpserit, tunc quidem per nos et nostros heredes ab omni homine guarentire et defendere ~~iure et rationabiliter~~ promittimus: quod si guarentare et defendere iure et rationabiliter non potuerimus sive noluerimus, tunc quod

(1) Forte Romulo?

[illegible] fuerit [illegible] hominum in consimili loco [illegible] reddemus. Si vero restaurare noluerimus, tunc quod an[illegible] [illegible] nostros heredes nostro Episcopo qui tunc erit auri optimi libras centum componere nos obligamus. Insuper addimus et dare promisimus super idem altare decimationes [illegible] quod annuatim nobis Deus concesserit proventio [illegible] ut [illegible] proprius Epi[illegible] [illegible] successores [illegible] in proprios usus habeant et possideant; ita quod non liceat eis has decimationes infeudare atque aliquo titulo [illegible] alienare; unde chartula uno tenore [illegible] [illegible] habere debet Episcopus vester et aliam char[illegible] [illegible] commune nostre Civitatis. Ad hanc [illegible] Dominus Diaconus et Decanus prefate Civitatis Iustinopolitane, Bernardus Archidiaconus, Bonifacius magister scholarum, Venerius Diaconus et Thesaurarius, [illegible] Sacerdos, Salvator Sacerdos, [illegible] Diaconus, Martinus subdiaconus, Johannes et Johannes subdiaconi, Petrus Pentulus Capellanus, Randulfus Iudex dicte Civitatis Iustinopolitane [illegible] Iudex [illegible] notarius, Hermannus maior et alii quamplures.

Ego Almerius Iustinopolitane Civitatis notarius interfui et de precepto predicti Potestatis et Consulum ac Communis hanc chartulam manu mea propria scripsi.

~~K. i. f~~ K. i. 119

1186. 5 Settembre. Aquileja. Engelberto Conte di Gorizia e i suoi figli promettono di non far danni al Monastero di Belligna e gli donano il monte di Cormons colle decime.

Copia del 1246, 14 Febr. Aquileja

42

In Nomine Domini Amen. Anno eiusdem 1246, ind. 4.a die 7 a mensis Februarij in Capitulo Aquilegensi. Presentibus talibus Testibus, vid.t D.o Bonacursio Episcopo Emonensi, Popone Preposito S. Felicis, Leonardo Thesaurario Aquilegensi, Mattia de Mels, Henrico Franculino, Boniacontre Sibottonis Canonici Aquilegen., Magistro Vuilelmo Scolastico, Magistro Viviano Plebano de Glemona, et aliorum.

Dnus Vuecelo divina permissione Abbas Belliniensis constitutus in Capitulo Aquilegensi coram presentia D. Bertoldi Dei Gratia Sancte Aquilegensis Ecclesie Patriarche ostendit quodam Privilegium indultum d.o Monasterio Bellignensi per D. Engelbertum bone memorie ~~[illegible]~~ Goritie quod quidem Privilegium vetustate aut quatum volens sibi, ac Monasterio suo in futurum utiliter providere petebat ab eodem D.o Patriarcha, ut in ipsius presentia legeretur, et ipsius auctoritate, et mandato deberet per manum Publicam exemplari: Quod Privilegium de mandato predicti D. Patriarche ibidem publice lectum fuit Tenor vero ipsius Privilegij talis erat.

1186 Anno Dominice Incarnationis 1186, ind. 4.a die quinto die Septembris. Ego Engelbertus Comes de Goritia Aquilegensis Ecclesie Advocatus in presentia omnium Hominum,

5 Septembris.

quorum

N.B. Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol. III Notariorum a pag. 12.

quorum nomina subterleguntur cunctis Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris notum facio, quod Ego recognoscens me iniuriam Belliniensi Monasterio inferre pro mea anima, meorumque Antecessorum omnem litem, quam cum Vitmaro Belliniensis Ecclesię Abbate de monte quodam, qui Cremons, et de decimis eiusdem montis cum omni iure, et pertinentijs eius una cum filio meo Meguardo consentiente quoque filio meo Engelberto refutavi, ita vid. ut Ego nec predicti mei Heredes, et Coheredes ullo in tempore aliquam super iam dictum montem, ac decimas eius moveant querimoniam. Quod si ego, vel mei Heredes, et Coheredes ullo in tempore - - attemptabimus triginta marchas examinati argenti dimidiam partem eidem Belliniensi Monasterio, et dimidiam partem camere D. Patriarche debeam componere, et prefata refutatis nihilominus sua permaneant stabilitate. Actum est Aquilegię in Patriarchali Palatio, presentibus ijs, vid. Eumperto Aquilegensi Canonico, Vuolrico S. Felicis Canonico, Ottone Vuernhardo Archidiacono de Villaco, Vuolrico Azonis filio, Ottone de Divene, Quoberto de Ducano, et Bertoldo fratre eius, Erbordo de Pertenstaine, Vuarnero de

de Cucanea, Conrado de Attemps, Warnero Aquilegensi Canonico, Dominico Sacerdote, Meginardo Cotti, Ottone de Bruaglea, Marquardo Herbordi Filio, Joanne de Civitate Vuolrico Bocca, Dravino, Bernardo de Zerdava, Azone, et alij quam plures.

Ego Hermanus Aquilegensis Ecclesie Subdiaconus Barbitus rogatus hanc cartulam notavi, et precepto predicti Engelberti Comitis coram iam dictis testibus sigillo ipsius confirmavi.

Ego Henricus Sac. Palatij Not.s ijs interfui, et de mandato, et auctoritate prefati D. Patriarche dictum Privilegium bona fide exemplavi nil addens, vel minuens, quod sententiam mutet, nisi forte punctum, litteram, vel sillabam, et rogatus scripsi; et in publicam formam redegi, et ex precepto antedicti D. Patriarche corroboravi; et dedi. Actum est Aquilegie in Capitulo Aquilegensi

Tratto il premesso documento 1246 -> Febraro con altro documento inserto 1186 - 5 settemb.e, come sta e giace senza alcuna alterazione, o lineatura a riserva, che nei siti, dove è lettere sono basse, nell' autentico in antica carta pecora esistente presso

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

presso il Nob., et Eruditissimo Sig. Ab. D. Giuseppe
Bini Arciprete di Gemona, avendo fatta l'in-
contrazione, in fede di che
Gemona li 28 Aprile 1750

Leonardo Canciani d'Udine di
V. A. Nod.

1186, 13 settembre. Verona. Pp. Urbano III partecipa al clero e Popolo di [illegible] d'aver consigliata la loro chiesa cattedrale e [illegible] il Vescovo, salvi per l'avvenire i diritti sulla conferma di [illegible] spettante al Patr. d'Aquileja

Colleg. Fontanini, Vol. 652, p. 338. ~~[illegible]~~

Da perg. colla Bolla di Pp. Urbano III Arch. Capit. di Cividale.

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Clero et Populo Iustinopolitano salutem et apostolicam benedictionem. Sancta Romana ecclesia que inter alias dispensante domino obtinere meruit principatum, devotos ..... filios convenit gratuitis donare muneribus ut aliorum ~~pia~~(?) serventur illesa. Licet igitur nuper vos fecerimus cathedrali ecclesia gaudere et electum ad vos cum plenitudine gratie sedis apostolice a venerabili fratre nostro Aquileiensi Patriarcha cum tempus affuerit transmiserimus consecrandum, nolumus tamen ex hoc futuris temporibus Aquileiensi ecclesie aliquod preiudicium generare, Precipimus electo illius qui pro tempore in vestra ecclesia electus fuerit Aquileiensi patriarche presentari debeat, et ab eo si canonica fuerit confirmari et in omnibus aliis .... reverentia sibi debeat et obedientia debita exhiberi.

Datum Verone. II id. septembris

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

1186, 13 Novembre. Cividale – L'abbate di Millstadt vende al Capitolo di Cividale quattro mansi e mezzo in Caporetto.

Anno domini Mill. C. LXXXVI. Idus novembris. Indic. IIII. in presencia istorum rogatorum testium. Bertoldi decani. Artuici. Conradini. Bertoldi camisini. Jacobi de percoto. Johannis Valperti. magistri Conradi canonicorum. Rupreti de canus. Pernardi. Wolrici de Portis. Zilii. Heinrici ione. Ermini. Wodolrici. Chononis de Predoa. Marquardi rufi. Ermanni et aliorum. D. Wodorlicus abbas de Millistat cum consensu Archiepiscopi sui. qui consensus exprimebatur in litteris quas idem abbas ibi ostendit et legi fecit sigillatis sigillo ipsius et consensu capituli sui. qui exprimebatur in litteris capituli ibidem per Wolcherum et Alcherum ostensis et lectis sigillatisque sigillo ecclesie de Millistat. ad preces d. pellegrini civitatensis prepositi et pro precio XVI marcarum frisacensis monete quas dixit sibi esse solutas a d. pellegrino preposito civitatensi. contulit cum fratribus suis Wolchero et Algero supra altare sancte Marie civitatensis ecclesie. IIII. mansos et dimidium quos monasterium de Millistat habebat. ac detinebat in villa que dicitur Kavoretum iuxta Isoncium cum omni iure et proprietate qui sibi et ecclesie de Millistat attinebant pro remedio anime ipsius prepositi. canonicis eiusdem ecclesie perpetuo servituros. Promisit siquidem idem abbas et confratres sui prenominati pro se

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

et ecclesie ac fratribus suis hanc habere donacionem ratam et inviolabi-
lem perpetuo se habituros sub pena dupli predictorum mansorum
cum omni melioratione que eis in aliquo tempore accesserit.
Actum ap. loc. in choro civitatensis ecclesie feliciter.

Ego Petrus imperialis notarius interfui et hanc cartam roga-
tus scripsi.

[illegible] See Vol. II pag 54

186. 14. Xbre. Mels. Federico di Braggo ai al Sig.re Vodolrico di Porpek; cinque masi in Biciniaco, in Pozzo di Pepiano, in Cornazaia Ceresedo.
Federico notajo. Ex perg. nell'Archivio Frangipane.

Anno Domini millesimo. C. LXXX. VI. XV. die. exeunte. Decembri.
45 Inditione IIII. In presentia bonorum hominum et rogatorum
testium videlicet domini Henrici de Mels. Ottaci filii eius.
Hermanni de Vendoio. Conradi del Cerclarid. domini Ottonis sacer-
dotis de Mels. Alberici de Martignago. et Wolveradi de Mels
Dominus Federicus de brazago cum iure dominii. proprietatis
ac possessionis. cum casis. campis. pratis. vineis. Bayarziis. arbo-
ribus fructifferis et infructifferis. cum pascuis et comunitalibus;
et cum omni integritate et districtu Dedit tradidit et in per-
petuum concessit Domino Wodorlico de porpeto et eius heredi-
bus quinque masaricias alodii sui. in perpetuum ad haben-
dum. tenendum ac possidendum.... quidquid prenominato do-
mino Wodorlico et eius heredibus exinde placuerit faciendum
sine omni contradictione predicti federici et eius heredum.
Quarum masariciarum due sunt site in villa de bicinico
una vero a puteo de pasellano. Una in cornazai. et una in
ceresedo que fuit recta per quondam Albericum. cum ingressu
et egressu suo et cum omni iure et actione ad predictas ma-
saricias ~~quas ipse federicus accepit~~ pertinente in integrum.
pro duobus masariciis quas ipse federicus accepit in feudum
a prenominato Wodorlico que sunt site apud Muruzzum. et

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

ousraditum est dedit. tradidit et adsorpsitarum concessit, prom
mittens masaritias predicto Wodolrico et eius heredibus promisit ....
fuerint, et se suosque heredes predictas quinque ...... masaritias ab o
mni homine legittime defendere et auctorizare ...... sub nomine, sine
ipsarum mansa duplo predicto domino .... Wodolrico et eius heredibus

Actum Melis in stupa domini Henrici .... feliciter

Predictus federicus ...... ut supra legitur scribere, rogavi

Ego petrus sacri palatii notarius sub serenissimo Imperatore federico
hanc cartam scripsi rogatus

Sull' originale Pergamena nel nostro Archivio

Cas.° di Porpetto 24 giugno 1820.

Frangipane

N.B. La pergamena si guastò dopo la copia qui unita fattane da
Bernardino Cipriani nel 1657 22. ottobre, la quale sebbene in
alcune parole alquanto fallace può tuttavolta condurre a' vedere
le lacune dell' originale

46

1186, 23 decembre - Verona. Pp. Urbano III accorda facoltà a Gotifredo Patr. d'Aquileja di scomunicare que' di Treviso e Conegliano che aggravavano i sudditi del Patriarcato.

Colleg. Fontanini, VI° 647. f. 91. R. Arch. di Stato, Venezia.
edita dal Rubeis, Mon. Eccl. Aq. 634.

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Gotifrido Aquilegensi Patriarche salutem et apostolicam benedictionem. Quanto laicorum insolentia cupiditate nimia stimulante ad bona ecclesiastica et ministrorum ecclesie licentius se extendit, tanto fortius est severitate canonica compescenda. Sicut autem ad audientiam apostolatus nostri pervenit Tarvisini et Coneglanenses in ecclesiis tue potestati subiectis et clericis atque hominibus et prediis tallias et iniustas exactiones exercent, ut igitur eorum malitia fortius arceatur compescendo eos ab huiusmodi exactionibus et gravaminibus per excommunicationis sententiam liberam tibi et plenariam tribuimus presentis scripti pagina facultatem, appellatione nequaquam obstante, si qui eam ut licentius valeant suam malitiam exercere duxerint opponendam.

Datum Verone VIIII Kal. Decembris

Dall'orig. pergam. nell'Arch. Capit. di Cividale.

NB. Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

[illegible]

1184 (c) ... Aquileja. Il patriarca di Aquileja Gotifredo conferma al Preposito e capitolo di Gurk i privilegi de' suoi predecessori 1136 - 17 e 1169 - 21 marzo.

Gotfridus gracia dei sancte aquilegensis sedis patriarcha licet indignus dilectis fratribus Wernando preposito et canonicis ecclesie Gurgensis salutem et vere dileccionis affectum. Antecessores nostri qui Gurcensem canonicam et eius prelatos propter sancte conversacionis propositum et vite decorem magneque ac memorande devocionis merita quibus se Aquilegensi ecclesie familiares reddiderunt, valde acceptos benigno dilexerunt et honoraverunt affectu, exemplum nobis reliquerunt, ut et nos ita faciamus. Unde eorumdem antecessorum nostrorum vestigiis inherentes, ea que per eos memoratis fratribus collata seu concessa noscuntur, favore promptissimo duximus roborandas. Eapropter, dilecti fratres, vestris dignis peticionibus, ut convenit, grato concurrentes assensu curtem in Aquilegia iuxta forum sitam ab antecessoribus nostris Peregrino et Udalrico eterne memorie vobis concessam et eorum privilegiis confirmatam nec non et thelonei atque ripatici inmunitatem et omnem exaccionem saumarum que ad vestros usus vel ad hospitale pauperum deferuntur, de quibus apud Clusas et apud Aquilegiam more aliorum accedentium tenebamini debitam solvere pensionem iuxta laudabilem antecessorum nostrorum liberalitatem concessionem et remissionem caritati vestre concedimus remittimus et confirmamus per omnia et ab hiis omnibus tamquam cives Aquilegenses vos reddimus absolutos. Rogamus itaque successorum nostrorum reverenciam et eam quam in domino habituri sunt, devocionem, quatenus quod ab antecessoribus nostris et a nobis affecta caritatis et misericordie et pietatis intuitu concessum est et remissum, favore prosequantur benigno corroborent et confirment. Si quis autem contra hoc venire temptaverit et quod pie indultum est et remissum, aliquo dolo aut fraude infringere vel perturbare, caritatis et pietatis auctori, cum districti iudicii dies advenerit, relinquimus iudicandum. Cuius rei gracia hanc paginam fieri iussimus nostrique sigilli impressione singnari.

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

Actum Aquilegie anno Domini MCLXXXVII, indicione V, sub testimonio venerabilium episcoporum Popponis Petinensis et I[ohannis] Emonensis atque Leotoldi Tergestini electi, Leopoldi quoque incliti ducis Austrie, Manfredi Iustinensis, W[alcuni] Ropacensis et aliorum plurimorum.

Ego Ardericus supradicti domini mei patriarche notarius hanc paginam ipso iubente composui sigillavi et dedi.

Dall'opera Monum. Histor. Carinthiae Klagenfurt 1896 N.° 338 pag. 293

1187. 12 Febbrajo. Verona – Gottofredo patriarca d'Aquileja conferma all'abate e monastero di San Zeno in Verona la Chiesa di San Procolo. Testimoni vari Vescovi suffraganei d'Aquileja.

Gotefridus dei gratia sancte Aquilegensis sedis Patriarcha dilectis filiis Gerardo Abbati Monasterii Sancti Zenonis Veronensis et Fratribus ibidem commorantibus tam presentibus quam futuris in perpetuo. Cum sancta Aquilegensis ecclesia germine celestis gratie fecunda multarum sit mater ecclesiarum decet ut singulis indefessa spiritalis affectus sollicitudine debitam provisionem impendere studeat. et nullam quocumque respectu ad se pertinentem ab uberibus sue consolationis excludat ut sic et materni officii debitum solvat. et ordinate caritatis modum non deserat. eas quidem ecclesias affectuosius amplexando et exaudiendo propensius. que de sui status integritate famam boni odoris emittunt. et in obsequio matris sue Aquilegensis ecclesie inconcussa utique devotionis firmitate consistunt. Eapropter dilecti filii iustis petitionibus vestris in nullo deesse volentes. ecclesiam ipsam in qua sub Christi nomine militatis. ob reverentiam beati Zenonis almifici confessoris in ea corporaliter quiescentis. et propter vestram antecessorumque vestrorum memorandam devotionem qua sanctam Aquilegensem ecclesiam. antecessores nostros. et nos ipsos humiliter venerari et studiosius honorare consuevistis. sub beatorum martirum Hermachore et Fortunati. et nostra protectione suscipimus. Statuentes ut quecumque bona quascumque possessiones eadem ecclesia in

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

vestra in presentiarum iuste habet aut in futurum largitione regum vel principum. concessione pontificum. oblatione fidelium. aut aliis iustis modis propiciante domino poterit adipisci vobis successoribusque vestris firma et illibata permaneant. Specialiter autem ecclesiam sancti Proculi cum omni iure et districta sinodali. capituli. ordinandi. disponendi. regendi. et corrigendi. et presentandi clericos ordinandos. ut clerici eiusdem ecclesie obedientiam et reverentiam vobis exhibeant. et pro excessibus suis et culpis satisfactionem condignam iuxta tenorem donationis a Brunone quondam Veronensi episcopo facte. et successorum ipsius nec non et Peregrini antecessoris nostri bone memorie confirmationem vobis. et successoribus vestris qui pro tempore fuerint auctoritate qua fungimur licet indigni per omnia confirmamus atque roboramus non obstante nec vobis et ecclesie vestre preiudicium faciente. si quid ab archipresbiteris vel aliis clericis sancti Proculi contra memorati Brunonis episcopi laudabilem donationem. aliorumque episcoporum. et prefati antecessoris nostri Peregrini confirmationem. scriptis autenticis roboratas. fraude aliqua vel dolo. aut obtam ex surreptione temere factum esse dinoscitur. Nichilominus et decimas novalium omnium tam veterum quam novorum vel aliarum terrarum vestrarum et nominatim decimas quas Widonis filii Gothi tenent. seu etiam alias quascumque possessiones vel bona sive iura a Otperto. Tebaldo. Omnibono. Riprando. vel aliis quibuscumque veronensibus episcopis quocumque iusto modo collata. cum districtu et iure fodri. stratis. sive tabernatici. ripatici. et thelonei sicut in eorumdem episcoporum scriptis autenticis rationabiliter continetur. (9)
preterea et sententiam quam super questionibus oblationum que inter ecclesiam vestram et capellanos et camerarios. seu alios episcopi ministros a Brunone

episcopo rationabiliter factam et eius autentico scripto munitam
ratam esse volentes, eidem confirmationi subscribimus et roboramus.
decernentes ut nullum vobis exinde in vestre preiudicium generetur.
Si quid in supradictis contra prelibatas donationes et confirmationes ab aliquo
noscitur esse per surreptionem presumptum. Si qua igitur persona ecclesiastica
vel secularis contra hanc nostre confirmationis paginam ausu temerario
venire presumpserit. nisi post trinam ammonitionem reatum suum
congrua satisfactione correxerit a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri
Jesu Christi fiat aliena. et in extremo examine tremendi iudicii districte
ultioni subiaceat. Omnibus autem predicte ecclesie sua iura servantibus
sit pax et gaudium domini nostri Jesu Christi quatinus et hic fructum
bone actionis percipiant et apud supremum iudicem premia eterne pacis
inveniant.

Hoc autem factum est anno dominice incarnationis M.C.LXXXVII.
Indictione V. sub testimonio venerabilium. Anselmi. Cumanensis.
Oradi. Feltrensis. Riprandi. Veronensis. Gerardi. Bellunensis. Aldigerii.
Justinopolitani. Gonatde Concordiensis episcoporum. Romuli. Aquilegensis magistri notariorum. Conradi presbiteri Andree presbiteri. et Wigandi.
Walterii. Capellanorum Patriarchalis curie. et Obicini. Abbatis
sancte Marie de Organo. Venture. presbiteri Zenonis monasterii
eiusdem ecclesie. et aliorum quamplurium.

Datum Verone per manum Alderici eiusdem Patriarche notarii. II idus
Februarii.

NB. Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

Appiè della pergamena vedesi la traccia di un grande sigillo rotondo che sembra fosse impresso su cera rossa.

Dal Vol: 2132/3 MSS. Cicogna nell' Arch. Correr in Venezia.

1187, 4 marzo. Verona. Sentenza di Papa Urbano III colla quale conferma i diritti del Patriarca d'Aquileja sul Monastero di Sesto contro il Vescovo di Concordia. -

~~[illegible]~~

Da copia in pergamena fatta sulle imperiali ... esistente nella Sacristia del Duomo di Udine a 13 novembre 1438 di ordine del Luogotenente Veneto Vettor Bragadin, col suo ... autenticata colla firma di due notaj. Udine, Guida, ...

In nomine Domini amen. Anno a nativitate Domini millesimo centesimo octuagesimo septimo, indictione quinta, die martis quarto intrante martio, in Civitate Verone in palacio Domini Rigonandi Veronensis Episcopi, in presentia D. Enrici Albanensis Episcopi, D. Pauli Pelestrinensis Episcopi, D. Petri de Bononia, D. Laborantis, D. Pandolfi, D. Melioris, D. Jacinti Cardinalium D. Urbani Pape Apostoli Rome Summi Pontificis, D. Rigonandi suprascripti Veronensis Episcopi, D. Gerardi Bellunensis Episcopi, D. Albezonis Episcopi de Justinopoli, Enrici canonici Bergomensis Ecclesie et Subdiaconi Romane Curie, presbiteri Caracii Sancti Georgii de domo, Widotti canonici Ferrariensis, Magistri Ruberti, Magistri Romuldi, Magistri Andrigetti Rebaldi Sancti Sebastiani, Petri Zaperoni Depazati, Rugerii hostiariorum suprascripti Domini Pape et Petri da Ponte et aliorum multorum.

Ibique suprascriptus D. Urbanus Papa de peticione quam faciebat D. Jonathas Concordiensis Episcopus contra D. Gotafridum Aquilegiensem Patriarcham de Monasterio Sexti, talem dedit sententiam sic dicens: Quia Concordiensis Episcopus confessus fuit quod suprascriptus D. Patriarcha

---

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

et sui ant. Sores tenueratt et habuerant possessionem supradicti Monasterii et supradictum Monasterium per quinquaginta annos et plus cum Episcopus Concordiensis esset actor et non probavit intentionem suam et D. Patriarcha bene probavit per testes suos habere possessionem supradicti Monasterii per quinquaginta annos et plus, ideo absolvimus supradictum D. Patriarcham a placito quod supradictus Concordiensis Episcopus faciebat contra ipsum de supradicto Monasterio et sicuti supradictus D. Patriarcha et sui antecessores habuerunt et tenuerunt supradictum Monasterium hinc in retro, sic habeat et teneat supradictus D. Patriarcha hinc in antea.

Actum fuit hoc in infrascripto loco.

Gotonavessa D. Henrici Romanorum Imperatoris notarius interfui et hanc cartulam rogatus scripsi.

1188 circa. Il patriarca Gotifredo informa Papa Clemente III della sentenza pronunciata da lui sulle questioni per la Villa di Potoc tra il Capitolo di Cividale e Dietrico di Sacile.

Sanctissimo Domino suo et patri karissimo C[lementi] pontifici dignissimo G[otefredus] Aquilegensis ecclesie humilis minister cum omnimoda devotione et obediencia fidele et promptum ad omnia servicium.
Cum temporibus beate recordationis Urbani pape tercii predecessoris vestri causa que vertebatur inter canonicos civitatenses et Dietricum de Sacilo supra bonis que Pertoldus de Albana in loco qui dicitur Potoke eius testamento dimiserat. nobis auctoritate apostolica per eum dictum D. papam Urbanum comissa esset audienda et fine debito terminanda. diversis tunc temporis occupati negociis non valentes eandem causam expedite tractare. eam dilecto fideli nostro Petro de Meldil imperialis aule notario et iudici terre nostre commisimus audiendam et tractandam ita quod sententiam tantummodo nobis reservaret. Unde convocatis partibus secundum quod ipse nobis postea asseruit et in actis ostendit cum prefatus Dietricus ad causam vocatus venire contempneret raciones predictorum canonicorum idem Petrus audivit et testes recepit et dicta eorum testium in scriptis redegit quia ita sibi commiseramus. Cumque post aliquantum tempus sepe dicto Dietrico humanis rebus obeunte. duo filii eius in hereditatem succederent. prefati canonici instanter petebant ut eam dictam causam ad finem debitum perduceremus. Vocavimusque itaque ob hoc prefatum militem nomine Conradum et ei precepimus ut eisdem canonicis secundum quod tenebatur racionem faceret. Qui tunc respondit se non teneri ad hoc cum non esset in possessione illorum

NB: Simile copia vide nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

~~bonorum quem in commutacione data fuerant~~

bonorum supra quibus causa mota fuerat. Ad hoc ex parte canonicorum dictum fuit quod quamvis pater eius commutacionem cum Stephano de Dunno idem fecisset quod idem Conradus in possessione erat illorum bonorum que in commutacione data fuerant hoc pater suus erat tenebatur eis racionem facere maxime quia pater ipsius predicta bona de Potock contra ecclesiam intromiserat. Tunc itaque iudicatum fuit quod quamvis idem Conradus non haberet in possessione bona de Potock que pater suus ecclesie civitensi abstulerat quod tamen habebat concambium tenebat eisdem canonicis facere racionem. Super hoc itaque de more terre nostre postulavit alias inducias et obtinuit inducias super hoc ab introitu mensis Madii usque ad terciam diem post festum Sancti Bartholomei apostoli. Et in ipsa predicta die partibus in presencia nostra constitutis ipsis canonicis raciones suas, nec non iudicium quod in alio iudicio et termino contra eundem Conradum datum fuerat contradicentibus ex parte ipsius Conradi..... dicebatur eum non teneri ad rationem faciendum cum non esset in possessione predictorum bonorum. Ibidem vero iudicatus fuit. . . . .

..ad racionem faciendam cum non esset in possessione bonorum illorum. A quo iudicio et sentencia decanus ecclesie . . . .

. . . .

Arch. capit. di Cividale, Vol. II pag. 61.

1188, 1 Febbrajo. Cividale. Pellegrino Preposito [illegible] rinvestì Gundramo di Tolmino purgravio di quanto feudo teneva dal patriarca. 57

Anno ab incarnatione domini M.C.LXXXVIII. primo die intrante februario. in presentia D. Herbordi de Perteastain. Pertrardi de Cerclara. Wilvingi de Wosshov. Leonardi de Tarcento. Wodolrici de Sinas. Ingalfredi Gastaldionis de Civitate et aliorum.

Gundramus de Tulmin purgraf. refutavit in manu D. Gotofredi patriarche feudum quam (sic) ab ipso D. patriarcha abebat eo silicet tenore quod d. P[eregrinus] civitatensis preposito investiret et insuper omnia que habebat mobilia et immobilia silicet post mortem suam et insuper precepit michi Jacobo diacono D. P[eregrinum] prepositus ut notarem sicut ibi actum est. Actum est in camino D. patriarche Civitate ea silicet hora cum iam dictus prepositus habebat contencionem cum D. patriarcha pro Alberone qui quondam fuit Gastaldio.

Arch. Capit. di Cividale, Vol. II pag. 62.

NB. Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol. III Notariorum a pag. 12.

1188, 1 febbrajo. Cividale. Gundramo purgrafio di Tolmino rinunzia al Patr. Gotifredo un feudo, perchè ne investa il Capitolo di Cividale.

5-2

Colleg. Fontanini, Vol. 648. p. 274: R. Arch. di Stato, Venezia.

Anno ab incarnatione domini MCLXXXVIII. primo die intrante februario. in presentia D. Marbordi de Portenstain. Pernardi de Cerclara. Wilwingi de Woffsthu. Leonardi de Tarcento. Wodolrici de Snaf. Ingalfredi gastaldionis de Civitate et aliorum. Gundramus de Tulmin purgraf. refutavit in manu D. G... ... ... Patriarche feudum quam ab ipso D. Patriarcha habebat eo scilicet tenore quod Domino P... Civitatensi preposito investiret. et insuper omnia que habebat mobilia et immobilia. scilicet post mortem suam. et insuper precepit mihi Jacobo Diacono D. P..... prepositus ut notarem sicut ibi actum est. Actum est in camino D. Patriarche Civitate ea scilicet hora cum iam dictus Prepositus habebat contencionem cum D. Patriarcha pro Alberone qui quondam fuit Gastaldio.

Da perg. orig. nell' Arch. Capit. di Cividale.

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

1189, 27 ottobre. Caorle. Romolo vescovo di Concordia annulla una sentenza del Vescovo di Padova nella causa tra il vescovo di Giustinopoli ed il Monastero di Aquileja per le decime d'Isola, come da commissione di Papa Clemente III, 1189, 27 settembre. –

Colleg. Fontanini, Vol. 653, p. 165. R. Arch. di Stato, Venezia.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Anno domini MCLXXXIX mensis octubris indictione VIII, die V exeunte eiusdem mensis octubris in presentia multorum quorum nomina subter leguntur. Nos quidem Romulus Dei gratia Concordiensis episcopus ex commissione Domini Pape Clementis cognoscentes de causa decimarum Ysule que vertitur inter dilectum fratrem nostrum Ald. Justinopolitanum episcopum et Ermilindam abbatissam S. Marie de Aquilegia et sorores eius videlicet sanctimoniales, duobus terminis partibus locatis, quorum alter fuit peremptorius et procuratori ipsius episcopi voce indictus et per litteras nostras ipsi episcopo significatus licet litteras nostras recipere noluit Visis instrumentis monasterii predicte abbatisse, cognitis et examinatis attestationibus utriusque partis in presentia D Paduani episcopi depositis, sententiam prefati Paduani episcopi de comuni consilio religiosorum et prudentum virorum super predictis decimis promulgatam, servata forma nobis a D. Papa prescripta retractamus et Justinopolitano episcopo silentium auctoritate romane ecclesie in parte ista et causa imponimus. Quia nobis constat ex instrumentis et testibus prefatas decimas a layeis contra canones diu fuisse possessas et in usum transisse sanctimonialium religiosarum intuitu pietatis auctoritate interveniente venerabilium fratrum nostrorum bone memorie Wodolrici Patriarche Aquilegensis et Warnardi Tergestini et Justinopolitani episcopi. Interfuerunt dilectus D Dominicus

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

Caprulanus episcopus et Alexius presbiter eiusdem ecclesie. Prepositus Concordiensis ecclesie. Warnerius et Amicus eiusdem ecclesie canonici. Conradus presbiter. Hermanus capellanus. Willelmus clericus. Henricus vicedominus Concordiensis. Cono miles. Joannes de Canitello. Henricus de Nedunio et alii plures.

Mandatum vero quod a D. Papa super commissione huius cause recepimus, quam transgredi voluimus nec debuimus, his annectimus.

Fraternitati tue, per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus partibus ante tuam presentiam convocatis, que hinc inde proposita fuerint diligenter inquiras. Et si constiterit iam dictas decimas a layus minus honeste dudum possessas in usum transisse sanctimonialium religiosarum venerabilium fratrum nostrorum bone memorie predictorum Vodolrici Patriarche et episcopi Tergestini auctoritate, etiam interveniente sententia iam dicti Gadronis episcopi retractata prememorato episcopo Justinopolitano cessante appellatione infra XXX dies post harum susceptionem silentium imponas et quod inde iudicaveris auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam eundem episcopum inviolabiliter observare compellas, nullum litteris obstantibus preiudicium facientibus si que apparuerint, nisi forte de consensu partium impetratis. Date Laterani v idus septembris pontificatus nostri anno secundo.

Actum est hoc in palatio Caprulani episcopi presentibus supradictis et die predicto.

Andreas Gopolus presbiter et notarius rogatus interfui, scripsi, complevi et roboravi.

1189, 6 Ottobre: Fanna. Diamota e figli, nell'occasione che Gervasio padre di questi si fa monaco a S. Maria di Pomposa donano a questa Chiesa alcune terre presso Fanna.

Anno Domini millesimo. C. octuagesimo VIIII. Inditione VII. die . VI intrante mense Octubris. presentia Warnerii de paucinico. fil po bernardo. Ardemanni de cinoles. presbitero ....ani. Otolini. Marquardi, warpreti de fana. detmari de paucinico. Artuichi de fana. presbiteri Bertrami. et aliorum plurium. Domina diamota et filii sui. videlicet peligrinus. et bartholameus pro dei amore et suorum peccatorum remissione et verbo Gervasii mariti eiusdem diamote et nominatim pro eodem Gervasio qui dicebat se accepturum monachalem habitum in ecclesia sancte Marie de Pomposia. dederunt atque ad proprium tradiderunt donno Benedicto recipienti pro eclesia sancta Marie de Pomposia. V. campos et pratum unum iacentes in cultura et districtu fane. tres campi iacent in loco qui dicitur cinta gauso. coeret uni campo ab uno latere terra domine palmere. ab alio via vadit ~~apud ...~~ publica, et alie pecie terre illorum camporum iacent apud viam que vocatur via de Subfosato inter duas pecias una iacet in salvella. alia vero supra ~~tert~~aveanam (sic). apud terram que fuit bertaldi. et. II. campi iacent in agar darba. et pratum iacet in Sumcinta ? [illegible] carnel ? apud pratum ~~bilini~~. Item dederunt. III. campos quos olim dederunt eclesie sancte Marie de pomposia quidam filii predicte domine diamote qui iacent in cultura et districtu fane coeret uni campo ~~[illegible]~~ domini ? Artuichi. ab alio via vadit publica. alio campo ab uno latere .....it rivus. ab alio vadit via. tertius campus iacet apud ~~ab~~ ~~[illegible]~~ uno latere possidet Regenardus. ab alio est terra que fuit Johannis. et taliter ei dederunt et tradiderunt predictam

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

proprietatem ut dominus Walfradus dei gratia abas pomposianus nomine ecclesie sancte Marie et successores sui habeant et possideant cum capulo et pascuo et amplo (sic) . . et omnibus racionibus illi proprietati pertinentibus. promiserunt et wadiam dederunt predicta domina diamota et filii sui peligrinus et bartholomeus per se suosque heredes donno benedicto sub pena dupli talis proprietatis secundum quod per tempora valebit aut valuerit sub extimatione bonorum hominum in consimili loco et sub pena . v. marcarum argenti se iam dictam proprietatem ab omni homine cum ratione warentare, et si facere nequerint quod pena solvent. hanc restaurationem ut supius legitur prestabunt. Cuius wadie filipus predictus . et wampretus de fana, et conradus de fana . fideiussores fuerunt. et iuravit peligrinus per dei evangelia per se et verbo matris sue diamote et fratris sui bartholomei se predictam datam semper firmam et ratam tenere et quod nulla occasione et ratione contravenient . et ibidem domina diamota clamavit se bene solutam de stauro nominate terre.

Actum in portica sancti martini de fana . et dederunt verbum donno benedicto ut nomine ecclesie sancte Marie de pomposia auctoritate sua intraret in possessionem seu tenutam de iam dicta proprietate per proprium.

Ego Johannes de coll.... D. F[ederici] imperatoris notarius interfui et rogatus scripsi

Da perg. orig. nel Cod. Dipl. Friulano Vol. I Arch. Frangipane in Castel Porpeto.

1189, 9 Luglio. Cividale. Donazione di D. Bernardo di Cerchiaro e consorte d'una sua corte con case ed orti in Cividale al capitolo di questo luogo.

Anno domini mill. C.LXXX.VIIII. nono die intrante Julio. Indic. VII.
in presencia bonorum hominum et rogatorum testium. scilicet
amalrici de Murazo Amalrici de provo (sic). Rodulfi de Cusano.
Rodulfi de Sacil. Gotefred et Adalpreti de artegna. Dietrici
de Maniago. Warneri de Cucagna. Conradi et Leonardi de Galano atque
Wecili. Pellegrini et Adalpreti fratris eius. et aliorum plurium.
Bernardus quidem de cerclaria cum Agnete uxore sua. et Adeleita
filia sua atque Matelda sorore sua. cum iure dominii. proprietatis
ac possessionis pro remedio anime sue. suorumque parentum dedit
et cum pergameno uno supra altare sancte Marie maioris ecclesie
austrie civitatis id proprium tradidit. curtem suam austrie civitatis
cum casis et ortis ingressu et egressu suo. et quinque masaricias alodii
sui quarum tres sunt scite ~~site~~ in villa de Moimago ex quibus una
regitur per Johannem. aliam vero tenet Irmingarda vorcanisa. terciam
autem tenet d. Macquardus. quartam vero est scita in villa de Galano
et tenet eam d. Gamicus de Moimago. quinta est in albana cum casis
sediminibus. campis pratis. bagariis. vineis arboribus. pascuis et caplo comunitatibus. et cum omni iure, actione. et integritate ad predictam curtem
et iam dictas masaricias pertinente. in perpetuo ad habendum. tenendum. ac
possidendum. Ita quod ipse Bernardus et sui heredes tam masculi quam
femine debeant ibere prenominatam curtem cum iam dictis masariciis
in feudum a preposito eiusdem ecclesie. Eodem die et in eodem loco et
coram suprascriptis testibus. d. Pellegrinus ~~prepositus~~ memorate ecclesie prepositus

N.B. Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

investivit prelibatam curtem cum iam dictis masariciis
eidem Bernardo et Adelete filie eius ad iustum et
rectum feudum ita ut dictum est quod omnes eorum heredes
tam masculi quam femine habeant ius succedendi ipsum feudum
nec non et Agneti uxori eius dum vixerit et omnes tres fecerunt
omagium prelibato preposito.
Actum ante altar. maioris ecclesie civitatis austrie felaciter.
predictus d. prepositus. Bernardus. Agnes. Adeleta et Matelda
hanc cartam ut supra legitur scribere rogaverunt.
Unde etiam due carte uno tenore scripte sunt.
Et ego petrus sacri palacii notarius interfui et hanc cartam
sub serenissimo Imperatore Federico scripsi rogatus.



[illegible] Vol. II pag. 66.

1189. 7 Agosto. Aquileja. Ottone di Wassenstang dona un maso in Arzen all'Abate e Monastero di Moggio. 56

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Anno ab incarnatione domini M.C.LXXXV.IIII. Indictione VII. in presentia istorum. scilicet domini Werneri sacerdotis et Aquilegensis canonici. domini ~~Wernero de Pinzano~~ Heinrici de Glemona. domini Ottoline de Glemona. domini Werneri de Pinzano. domini Ursini. et hii omnes rogati testes sunt. Ego Otto de Wassenstang una cum filiis meis. scilicet Philippo. Carstemano. Henrico. et filia mea Donia. trado et offero unum mansum meum de allodio situm in Villa que vocatur Superior Arzen proprietario iure Mosacensi Monasterio. pro remedio anime mee et omnium parentum meorum. et trado. et offero eumdem mansum de Arzen super altariolum quod Abbas eiusdem Monasterii tenet in manibus suis vice altaris predicti Monasterii. ita quod si predictus Abbas. vel sui successores. aliquo tempore eumdem mansum vendere voluerint. filiis meis libentius quam aliis. vendere debent. pro tanto pretio. quantum ab aliis habere potuerunt. defensionem predicti mansi filii mei habere debent. Actum est Aquileie in domo solarii quondam domine Peters matris Venerami septima die intrante Augusto imperante Friderico feliciter.

Ego Articus d. Gotthifredi Patriarche Notarius interfui et ex utraque parte rogatus. hanc cartam scripsi et corroboravi.

Da perg. già nell'Arch. dell'abazia di Moggio, copiata dall'Ab. G. Bini. Vol. I Doc.ti Arch. Capit. Udine

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

Il Bini in due dei suoi volumi ha la copia di questo atto
Nel Vol 1° Documenti pone l'A 1179 e Nel Vol 32 l'A 1189
il Dr Vinc° Tassi da lla pergamena originale nell'Arch.
Gente di Venezia lesse l'A 1195.

coll' A 1179 regge l'Ind.ne XII
" 1189 " VII
" 1195 " XIII

Notasi che il Patta Goffredo governò dal 1182 al 1194 in cui morì non trovandosi eanno di elezione nel 1195, nel quale anno pontificava il successore dello stesso per ciò restando esclusi li anni 1179 e 1195, rimane l'anno 1189 colla Ind.e VII

A°.

1189.

1185. 4 agosto. Aquileja. Ottone di Wassenstang e famigl. dona a ... di Moggio un maso allodiale ... villa di Augea superiore ... nelle mani.

... Cap. Udi. ...

... in nomine Sancte et individue Trinitatis. Amen. Anno ab Incarnatione Domini M.C.LXXXV.IIII. Indictione VII. in presentia ... videlicet Domini Werneri Sacerdotis et Aquilegen. Canonici. Domini Heinrici de Glemona, Domini Ottolini de Glemona. Domini Werneri de Pinzano. Domini Ulrici. et hii omnes rogati testes sunt. Ego Otto de Wassenstang una cum filiis meis. scilicet Philippo. Carstemanno Heinrico. et filia mea Donia. trado et offero unum mansum meum de allodio situm in villa. que vocatur superior Augen proprietario iure Mosacensi Monasterio pro remedio anime mee et omnium parentum meorum. Et trado. et offero eumdem mansum de Augen ... altariolum quod Abbas eiusdem Monasterii tenet in manibus suis vice Altaris predicti Monasterii. ita ... predictus Abbas vel sui successores aliquo tempore eumdem mansum vendere debent ... tanto precio. quantum ab aliis habere potuerunt. Defensionem predicti mansi Filii mei habere debent. Actum est Aquileje in domo ... quondam Domine Peters ... intrante ... Augusti ... Friderico feliciter.

Ego Arnicus Gotefridi Patriarche Notarius.

N.B. Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol. III Notariorum a pag. 12.

1190, 22 febbrajo. Aquileja. Ermilina Badessa del Monastero di Aquileja investe Geroldo di un sedime in Pertegulis.

Dall'Archivio del Monastero di Aquileja. Copia di Mons. G. D. Guerra Otium Forojuliense Vol. XIII. pag. 230.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Anno ab incarnacione domini MCLXXXX, indictione VIII, in presentia istorum scilicet Eberardi de Treum, Leonardi filii Eberardi Suostarii. Dietmari. Pecoli. Dietrici. Deneli de Pertegulis et hii omnes rogati testes sunt. Ego Emilina Abbatissa monasterii sancte Marie de Aquilegia. investio Geroldo unum sedile quod ipse ostendit Ulricedo mino meo iuxta ecclesiam de Pertegulis. ad censum pro tribus libris incensi in anno. ita videlicet quod si ipse heredes habuerit. ipsi et eandem terram pro eodem censu a me habere debent. Pro misit vero idem Geroldus cum stipulatione subnixa. quod si ipse aliquod dampnum rusticis meis de Pertegulis fecerit. quod in duplum eis debeat reddere. Si vero aliquis hospes in domo eius hosp. totus fuerit et aliquod dampnum eisdem rusticis fecerit. totum ipse Geroldus reddere debet. Idem autem Geroldus pro hoc facto dat mihi unam marcam. Terminus ad persolvendum eundem censum est in festo sancti Andree apostoli. Actum est in ecclesia eiusdem monasterii sancte Marie de Aquilegia. VII die exeunte februario. imperante Friderico feliciter.

(de Trevem)
Schuster Calzolajo.

Ego Articus Domini Gotefridi Patriarche notarius interfui et ex utraque parte rogatus hanc cartam scripsi et corroboravi.

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

1190, 27 Settembre. Aquileja. Esame di testimoni sui diritti del Capitolo d'Aquileja nella Pieve di Rivis.

58

Dominus de Ussopio Archipresbiter et Plebanus . . . . . .

Benedictus Archipresbiter de Tricento et. . . . . . . Petrus Archipresbiter de Artegna . . . . nitatis nomine Archidiaconatus in plebe de Rivis . . . . phis et accipiebant patta' (annonam (pattam denariorum . . . . accusabant eos quandoque in Capitulo. Mortuo illo Woldarico Archidiacono . . . . Bertholdum Prepositum in Maiori Ecclesia Aquilegensi Archidiaconatum in servitutem. et . . . . Archipresbiter colligebat tam annonam quam patta' et denarios pro culpis et alia iura . . . . endis et accusandis. vivente Pertoldo Preposito idem Patriarcha Peregrinus instituit . . . . aconum. qui habuit et tenuit in predicta plebe de Rivis annonam patta' productione . . . . Archidiaconalia iura per plures annos. mortuo Wodorlico Archidiacono institutus est ipsius Peregrinus Archidiaconus. et Raynerius Archipresbiter placitavit in predicta plebe nomine ipsius Archidiaconi Peregrini. et iura Archidiaconalia ei assignabat. et etiam Placita plebis intra limites Archidiaconatus in presentia habet Dominus Peregrinus Archidiaconus. dicitur etiam per Archidiaconum producere . . . . accusabat eos quandoque in Capitulo de plebe de Farra. et de plebe de Maiarado. . . . . . . de plebe de Mariano. et dicunt quod VII. annis quod Canonici Aquilegenses habent ius Archidiaconatus . . . . de Rivis qualiter habeant se dicunt ignorare.

Pievi di Farra, di Maiaredo e di Mariano (cioè Marano) (1)

(1) Vedi il doc.to 1190. 29 Ottobre nel quale sono pur nominate le plebes de de Farra, de Meduveto, de Castellono et de Mariano.

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

Rozo Sacerdos de Buia iuravit et dixit. quod ipse fuit cum Petro Archipresbitero de Artegna ad placitandum Placitum in plebe de Ripis. cuius nomine placitasset dixit se ignorare. Ultra in se ~~nihil plus nisi~~ dixit.

Guanterus Plebanus de Tricento iuravit. et dixit idem quod Rozo.

Federicus presbyter et Plebanus de Artenegna iuravit et dixit. Archipresbyterum Petrum de Artegna placitare pro certo in plebe de Ripis nomine Archidiaconi Wodolrici nepotis Patriarche P. Et postmodum placitavit in eadem plebe Rainerius Archipresbyter nomine Archidiaconi. Super aliis capitulis hinc sa nil plus nisi dixit.

Andreas presbyter de Ripis iuravit et dixit quod ipse vidit et interfuit. quando Archipresbyter Petrus multociens placitavit in plebe de Ripis Placitum Christianitatis per V annos et plus vice Archidiaconi Wodolrici nomine Archidiaconatus et non ~~prepositure~~ prepositure, cum idem Wodolricus Archidiaconus et Prepositus post mortem Petri Archipresbyteri facto Rainerio Archipresbytero ab eodem W Archidiacono consilio Plebanorum et ~~Titulatorum~~ Tregenorum illius Archipresbyteratus. qui etiam placitavit in predicta plebe nomine eiusdem Archidiaconi Wodolrici. Dixit etiam quod idem Archidiaconus habuit omnia iura Archidiaconalia videlicet pastum. anonam bannum sicut in aliis plebibus eiusdem Archidiaconatus. Interrogatus si sciret aliquod ius Prepositum Aquilegie et Canonicos habere in predicta plebe. dixit Canonicos Placitum Christianitatis et alia Archidiaconalia iura a morte Domini Wodorlici Patriarche habuisse. dixit etiam quod VI anni sunt. quod ita detinent Archidiaconatum in predicta plebe. qualiter teneant dicit se ignorare.

Actum anno domini Millesimo C. LXXXX. tertia die exeunte Septembris. Indictione VIII. in Capella que est Aquilegie ante maiorem Ecclesiam.

Et ego Petrus Serenissimi Imperatoris Federici Notarius has attestationes recepi et scripsi.

Da pergam. nell' Arch. Capit. di Cividale Colleg. B. ... 1, 12 ...

1191, 20 Gennajo. Cividale. Poppone figlio di Alegardo di Gruaro fratello di Warnero e Wariendo accede alla vendita di due masi in Galiano fatta alla Chiesa di Cividale dai suoi fratelli.

57

Anno domini mill. C. LXXXX. I. duodecimo die exeunte Januario. Indic. VIIII. In presencia bonorum hominum et rogatorum testium silicet Warneri fras. et Wodolrici de circulo aquilegensium canonicorum. Dietrici de Maniag et Johannis filii eius. Ulrpreti de premariago. Henrici Jonan.. Narquardi marqut. Sifredi de treppo Actilionis. Gegenardi filii Marquardi. Henrici de firmano Johannis Nuschulc. Raineri. Federici filii custodis. Crescenci terarii. luciani de tauriano et aliorum plurium. Dominus quidem Poppo filius Regenardi de Gruvar per se et per fratres et nepotes (suos) cum iure dominii. proprietatis ac possessionis dedit et ad proprium tradidit supra altare sancte Marie austrie civitatis pro remedio anime sue suorumque fratrum et nepotum et pro anima hermindrudis et eciam pro precio quatuordecim marcarum de quibus idem Poppo professus est se accepisse a d. pellegrino preposito eiusdem ecclesie sancte Marie. duas masaricias in villa de Galano et in eius territorio. cum casis sediminibus. campis. pratis. vineis. arboribus. silva. pasquis et comunitatibus et cum omni iure et actione ad predictas masaricias et alodium in integrum pertinente in perpetuo ad habendum. tenendum ac possidendum vel quicquid predicto d. preposito de predictis masariciis et alodio ad utilitatem predicte ecclesie placuerit faciendum sine omni contradicione predicti Popponis et eius fratrum et nepotum. eorumque heredum. Promisit eciam predictus Poppo per se suosque heredes et suos fratres et nepotes eorumque heredes

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

hanc presentem cartam et suprascriptam datam semper firmam tenere,
et predictas masaricias et alodium ab omni homine iamdicte eclesie legi-
time defensare et auctorizare. quod si non fecerint tunc nomine pene
predictarum masariciorum et alodii duplum per stimulacionem stipula-
cionem eidem eclesie dare promisit eiusdem bonitatis et extimacionis
in consimilibus locis.

Actum ante altare sancte Marie in predicta eclesia.

Predictus Poppo hanc cartam ut supra legitur scribere rogavit.

Et ego petrus serenissimi imperatoris Federici notarius interfui et
hanc cartam scripsi rogatus

Arch. Capit. di Cividale, Vol. II perg. 73

1190. 29. Ottobre. Vigonovo. Sentenza del Patr. Gotofredo nella causa tra l'Arcidiacono ed il Preposito d'Aquileja per l'arcidiaconato in Farra, Mossaretto, Castions e Mariano

60

Archivio Capitolare

Ex Capsula Signata Patriarchali. +

Anno Domini Millesimo CLXXXX. Tertio die exeunte octobris. Indictione IX. In presentia bonorum hominum scilicet Domini Contradi de Attens. Artuwici de Cauriaco. Henrici de Cusano Henrici de Melo. Otacri filii ejus. Conradi de Manzano. Domini Waviendi. Archipresbiteri de Growanio. Wernardi et Stephani Canonicorum Aquilegensium Amici Concordiensis Canonici. Araoldi de Brazzaco. Wodorlici de Turpedo. Henrici Concordiensis vicedomini. Henrici de Glemona et aliorum plurium Transactio. et compositio de controversia a Domino Patriarcha ~~autem~~ auctoritate Apostolica et Patriarchali usque ad sententiam producta que scilicet controversia vertebatur inter Dominum Pelegrinum Aquilegensem Archidiaconum et Dominum Gabrielem Aquilegensem prepositum de jure Archidiaconatus in quatuor plebis scilicet de Farra. De Melaretto. De Castellone et de Mariano. Ita facto est quod idem Gabriel prepositus habeat de jure Archidiaconatus illud idem quod tunc habebat, et tenebat dum viveret. excepto hoc quod Archipresbiter Archidiaconi debet placitare placitum christianitatis nomine Archidiaconi ad utilitatem ejusdem prepositi. et ipse prepositus vel ejus nuncius debet esse ibi, si voluerit. Post mortem vero ejusdem Gabrielis prepositi illud ~~quod~~ idem G. prepositus habebat. vedeat

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

ad predictum pre. Archidiaconatum et eius successores in integrum sine omni impedimento.

Actum in villa de vico novo in bagarcio in quo erat dominus Gotefredus Patriarcha

Predictus dominus Pelegrinus Archidiaconus et dominus Gabriel prepositus hanc compositionis cartam ut supra legitur scribere rogaverunt.

Et ego Petrus serenissimi imperatore federici notario interfui et videns et audiens hoc scripsi rogatus.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXII. pagina 594. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Frangipane

Trovasi nell'Archivio Capitolare di Cividale
Vol. VII pag 71.

1190, 29 Ottobre. Vigonovo. Composizione delle differenze tra l'Arcidiacono ed il Preposito d'Aquileja per le pievi di Fara, Mereto, Castions e Mariano.

Anno domini mill. C. LXXXX. tercio die exeunte octubri. Indic. VIIII. In presencia bonorum hominum scilicet D. Conradi de Atens. artuerici de Cauriaco. Henrici de Cusano. Henrici de Mellis. Otaci filii eius. Conradi de Manzano. D. Waviendi archipresbiteri de Grorvanio. Wernardi et Stephani canonicorum aquilegensium. Amici Concordiensis canonici. Arnoldi de brazago. Wodolrici de purpedo. Henrici Concordiensis vicedomini. Henrici de Eleacona et aliorum plurium.

Transactio et composicio de controversia a d. patriarcha auctoritate apostolica et patriarchali usque ad sentenciam productam que scilicet controversia vertebatur inter d. Peregrinum aquilegensem archidiaconum et d. Gabrielem aquilegensem prepositum de iure archidiaconatus in quattuor plebibus scilicet de farra. de Meleretto. de Castellono et de Mariano. ita facta est quod idem Gabriel prepositus habeat de iure archidiaconatus illud idem quod tunc habebat et tenebat dum vixerit. excepto hoc quod archipresbiter archidiaconi debet placitare placitum christianitatis nomine archidiaconi ad utilitatem eiusdem prepositi: et ipse prepositus vel eius nuncius debet esse ibi si voluerit. Post mortem vero eiusdem Gabrielis prepositi illud quod idem Gabriel prepositus habebat. redeat ad predictum Peregrinum archidiaconum et eius successores in integrum sine omni impedimento.

Actum in villa de Vico novo in bagarcio in quo erat D. Gotefredus patriarcha.

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

Predictus d. pellegrinus archidiaconus et d. Gabriel prepositus hanc composicionis cartam ut supra legitur scribere rogaverunt.

Et ego petrus Serenissimi Imperatoris Federici notarius interfui et vidensque et audiens hoc scripsi rogatus.

Tr

Arch. Capit. di Cividale. Vol. II perg. 71.

1191, 20 gennajo Cividale. Poppone figlio di Reginardo di Gruaro dà in mano del Patr. Pellegrino wadia di 28 marche colla fidejussione di Bernardo di Carclaria. Vedi 1191, 9 Feb. Stamp. in Portogruaro da mons. Ernesto Degani 1889

Allegr. Fontanini; Vol. 848 p. 292 R. Arch. di Stato, Venezia.

A. D. MCLXXXXI. XII die exeunte ianuario. ind. VIIII. In presentia bonorum ~~[illegible]~~ et rogatorum testium scilicet Dietrici de Maniago. Artemoti filii eius. Iohannis de Portis. Warneri fratris et Wodolrici de Civale aquilegensis canonici. Marquardi Marqut Conradi de Florino et aliorum plurium. Dominus quidem Poppo filius Regenardi de Gruwar dedit wadiam in manu D. Pelegrini civitatensis prepositi de viginti et octo marcis et instituit ei fideiussores D. Bernardum de Cerclaria. Purcardum de Auiano et Achilionem de Waldo. quos ipse per subnixam stipulationem se ei dare promisit si fratres et nepotes eiusdem Pepponis non confirmabunt et firmam et ratam non habebunt illam datam quam idem Poppo fecit Ecclesie S. Marie Austrie Civitatis de duabus masariciis et de toto alodio quem ipsi visi erant habere et detinere in villa de Galano et in eius territorio.

Actum in claustro Austrie civitatis.

Predictus Poppo ut supra legitur scribere rogavit

Et ego Petrus sacri imperatoris Federici notarius interfui et videns et audiens hoc scripsi rogatus.

Da perg. orig. nell'Arch. Capit. di Cividale

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

Stampata in Portogruaro da mons. Ernesto Degani 1889

1191, 9 Febbrajo. Gruaro. Warnero e Warendo di Gruaro vendono alla Chiesa di Cividale due mansi in Gallano

2

Anno domini mill. c. LXXXX. I. nono die intrante februario. Indic. VIIII. Nos quidem Warnerus et Wariendus filii Regenardi de Gruevar, quia constat fratrem nostrum d. Popponem pro nomine et nostro iussu, consensu et voluntate pro remedio animarum nostrarum nostrorumque parentum et pro anima quondam Hermeadrudis et etiam pro precio quattuordecim marcarum diffinito et accepto vendidisse et ad proprium tradidisse ecclesie sancte Marie austrie civitatis duas masaricias et integraliter totum alodium quod nos visi fuimus habere et detinere in villa de Gallano et in eius territorio. cum casis sediminibus. campis. pratis. vineis. arboribus. silvis. pascuis et comunitatibus et cum omni iure et actione ad predictas masaricias et alodium in integrum pertinentes in proprium ad habendum. tenendum ac possidendum vel quicquid d. pellegrino civitatensi preposito de predictis masariciis et alodium ad utilitatem eiusdem ecclesie placuerit faciendum sine omni nostra et heredum nostrorum contradictione. Idcirco predictam vendicionem. dationem et tradicionem in presenti conlaudamus. confirmamus et per nos nostrosque heredes in perpetuo firmam et ratam per sollempnem stipulacionem habere et tenere promittimus. quod si non fecerimus aut facere non potuerimus tunc nomine pene predictarum masariciarum et alodii duplum iam dicte ecclesie dare teneamur cum stipulacione. Actum apud Gruevarium ante domum predicti Warneri.

predicti Warnerius et Wariendus hanc cartam ut supra legitur scribere rogaverunt

NB: Simile copia esiste nella Collazione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

unde sunt rogati testes Jacobus civitatensis diaconus. Johannes
sacerdos de Gravean novel Megenardus. predictus poppo.
Warnerius et Warendus fratres dederunt vuadiam d. pelle
grino civitatensi preposito videlicet in manu magistri falceri vice
sui, [illegible] requisiti et ecclesie sancte Marie auttric civitatis
recipienti et Gotspaldum de Versola fideiussorem ei instituerunt
de XX. et VIII. marcis quas ipsi se dare promiserunt si omnes
heredes quondam Ottonis fratris eorum tam masculi quam femine
cum maiores erunt et a tutela et cura fuerint liberati predictam
vendicionem, dacionem et tradicionem non confirmabunt et semper
firmam et ratam non eam tenebunt.

Et ego petrus imperialis notarius interfui et hanc cartam scripsi
rogatus

Arch. Capit. Cividale, Vol. II perg. 75.

1191, 9 febbrajo. Gruaro. Varnero e Variendo figli di Regenardo di Gruaro vendono alla Chiesa di S. Maria di Cividale, il loro allodio in Gallano. V. 1191, 20 gennajo.

3

Codex Fontanini Vol. 648 p 282. R. Arch. di Stato, Venezia

Anno domini millesimo CLXXXXI. nono die intrante februario. indictione nona. Nos Warnerius et Wariendus filii Regenardi de Gruwar. Quia constat fratrem nostrum D. Popponem suo nomine et nostro iussu et consensu et voluntate pro remedio animarum nostrarum nostrorumque parentum et pro anima quondam Henendrudis et etiam pro precio XIIII marcarum diffinito et accepto vendidisse et ad precium? tradidisse Ecclesie S. Marie Austrie Civitatis duas masaricias et integraliter totum alodium quod visi sumus habere et detinere in villa de Gallano et in eius territorio cum casis. sedi minibus. campis. pratis. vineis. arboribus. Silva. pascuis comunitatibus et cum omni iure et accione ad predictas masaricias et alodium in integrum pertinente. in perpetuum ad habendum. tenendum ac possidendum. vel quicquid D. Pellegrino Civitatensi Preposito de predictis masariciis et alodium ad utilitatem eiusdem Ecclesie placuerit faciendum sine omni nostra et heredum nostrorum contradicione. Ideirco predictam vendicionem. dacionem et tradicionem in presenti conlaudamus. confirmamus et per nos nostrosque heredes in perpetuum firmam et ratam per sollemnem stipulacionem habere et tenere promittimus. ut nullam litem, nullamque controversiam predictarum masariciarum et alodii nomine neque a nobis neque ab heredibus nostris prelibata

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

Ecclesia sustineat. ab omni quoque homine suprascriptam masa=
ricias et alodium legitime defendere et auctorizare iam dicte Ecclesie
per nos nostrosque heredes promittimus. quod si non fecerimus aut
facere non potuerimus tunc nomine pene predictarum masariciarum
et alodii duplum iam dicte Ecclesie dare teneamur cum stipulacione
Actum apud Grauvarium ante domum predicti Warneri.

Predicti Warnerius et Wariendus hanc cartam ut supra legitur scribere
rogaverunt. unde sunt rogati testes Jacobus Civitatensis diaconus.
Johannes sacerdos de Grauvar. Nicol. Megenard. Artuicic. Hen=
ricus. Pellegrin. Stana. Genan. et Piching de Bagnaria. Iustus. Her=
man. et Leonardus. Eadem die et in eodem loco et coram predictis
testibus. predictus Poppo. Warnerius et Wariendus fratres dederunt
wadiam Domino Pellegrino Civitatensi Preposito videlicet in manu
Magistri Fulcari vice eiusdem Prepositi et Ecclesie S. Marie Austrie
Civitatis accipienti et Gotescalcum de Versola fideiussorem ei instituerunt
de XX. et VIII marcis quas ipsi se dare promiserant si omnes
heredes quondam Ottonis fratris eorum tam masculi quam femine
cum maiores erunt et a tutela et cura fuerint liberati supra=
dictam vendicionem. dacionem et tradicionem non confirmabunt
et semper firmam et ratam non eam tenebunt.

Et ego Petrus imperialis notarius interfui et hanc cartam scripsi
rogatus



Da pergamena nell'Arch. Capit. di Cividale

1191, 6 maggio. Sentenza sulla proprietà di alcuni beni contesi tra Ecellino da Onara e l'Abbazia di Sesto.

4

Vol. LXXV. Libro Fontanini p. 590 Bibl. S. Daniele.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Anno a Nativitate Domini millesimo centesimo nonagesimo primo, tempore Henrici (VI) Imperatoris et Celestini Pape, indictione nona, die VI intrante mense Madii in Rothage.

Cum esset controversia inter Abbatem de Sexto ex una parte et Ezzelinum de Onara ex altera, que fuit commissa in Petro Alberti de Aldigerio a Domino Enrico tunc Rege et nunc facto Imperatore, ad eam litem audiendam et finiendam cum rationante ... et eorum dicta audisset talem infrascriptis protulit sententiam.

Ego Petrus Alberti de Aldigerio filius, imperialis aule iudex ex delegatione D. Enrici tunc Regis et nunc Imperatoris, cognitor controversie que vertebatur inter D. Manfredum Abbatem S. Marie de Sexto ex una parte et Ezzelinum de Onara ex altera, que talis erat, quod predictus Abbas nomine predicti monasterii a predicto Ezzelino res inferius scriptas videlicet mansos positos in Flavazano et Lanciola et Castaniola et in Fontana et in Langanico et in Boscarino, videlicet in Flavazano mansum unum qui laborabatur a Zanna, alium mansum qui laborabatur a Lino, tertium mansum qui laborabatur a Romero, quartum mansum qui laborabatur a Johanne de Mareno, quintum mansum qui laborabatur a Bartholomeo, sextum mansum qui laborabatur a Trinsio, septimum mansum qui

N.B. Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol. III Notariorum a pag. 12.

laborabatur a Gimiperto. In Castaniola mansum unum qui
laborabatur ab Iarno, alium mansum qui laborabatur ab
Adelgiso, alium mansum qui laborabatur a Martino Gazidor.
In Cortiana mansum unum qui laborabatur a [illegible]ino. In [illegible]
[illegible] alium mansum qui laborabatur a Guengardo et ab Enrico [illegible]
[illegible]. In [illegible] et [illegible] alium mansum qui laborabatur
[illegible] alium mansum qui laborabatur a Desiderio
et alium mansum qui laborabatur a Sileto et
alium mansum qui laborabatur a [illegible] nos [illegible] pe-
[illegible] predictas [illegible] nomine predicti monasterii a predicto
[illegible] . . . . . [illegible] spondit [illegible] et [illegible]
[illegible] . . . . ad iudicium neque per se, neque per idoneum
[illegible] ad causam respondendum . . . . . . predictum
Manfredum abbatem predicti monasterii in possessionem predictam
[illegible] mittendum per . . . . [illegible] auctoritate et mee
possessionem [illegible].
Signa Θ ff () et nomina testium qui ibi fuere sunt hec.

[illegible]
[illegible] iudex
[illegible] iudex
[illegible] iudex
~~[illegible]~~
Magister [illegible]
Boverius
[illegible]
[illegible]

Ezzelinus de [illegible]

[illegible]

[illegible]

Magister, Medium [illegible]

Rolandus, archipresbiter de Ruthine

Girardus notarius

Peregrinus

Guezelinus eius frater

Guarnerius de Gruaro et

ego Rainerius Dei gratia ferrariensis notarius interfui et rogatus

scripsi.

In altra pergamena.

[illegible] mansi, quos Ezelin de Cunara detinet [illegible]

Calopie. In Plavazano Lacutiola et Castinela [illegible]

ut supra.

NB: Simile copia esiste nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

1191, 8 novembre. Nel castello di Dietrichstain Liupoldo di Dietrichstain e consorte e figli vendono al preposito di Cividale - mãsi, molino in Flozzo ([illegible]).

Anno domini mill. C. XC. I. octavo die intrante novembri Indic. VIIII. Liupoldus quidem de dietrichstaine et Matelda iugales cum tribus filiis suis scilicet poppones. pernardo et nuodongo tali pacto taliqve convencione ut inferius inscribitur nomine pingnoris et nomine vendicionis dederunt et tradiderunt quattuor masaricias et dimidiam. et sedimen unum molendini alodii sui quas quattuor masaricias et dimidiam et quod sedimen molendini ipsi viri erant habere et detinere in loco ubi dicitur in flozo (sic) cum cas. sediminibus. campis. pratis. pascuis et comunitatibus tam in montibus quam in plano et cum omni integritate ad predictas quattuor et dimidiam masaricias. et iamdictum sedimen molendini pertinente, ad habendum. tenendum. fruendum ac possidendum domino pelegrino civitatensi preposito pro viginti marcis frisacensium. quas viginti marcas idem prepositus eis iam dederat ut ipsi iamdicti iugales confessi et manifesti fuerunt. promiserunt predicti iugales scilicet Liupoldus et Matelda cum iamdictis filiis suis scilicet poppone. pernardo et nodongo sub nomine pene dupli predictarum viginti marcarum hoc scilicet quod ipsi bona fide sine fraude et malo ingenio debent rogare dominum suum panbergensem episcopum ut ipse manu et auctoritate sua secundum formam vendicionis et eiusdem contractus legem vel regulam. conlaudet. confirmet et corroboret supradictam dacionem. dictarum quattuor masariciarum et dimidie. et iamdicti

NB: Simile copia esiste nella Collazione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

molendini sediminis in pretaxato d. pelegrino civitatensi preposito. qui ||

finem fecerunt licet si prelibatus episcopus in hoc preces eorum non exaudierit. tunc prenominatus d. pelegrinus civitatensis prepositus nomine pignoris debet habere tenere. frui et possidere. supradictas quatuor masaricias et dimidiam et iamdictum sedimen molendini donec usque predictus Liupoldus. Matelda. Poppo Wernardus et Nuodungus vel eorum heredes aut quis alius ad quem proprietatem supradictarum quatuor masariciarum et dimidie et iamdicti sediminis molendini pervenerit. persolverint vel dederint eidem d. pelegrino civitatensi preposito supradictam penam dupli supradictarum viginti marcarum idest quadraginta marcas frisacensium.

Actum in castro de Dietrichstane in Stipa predicti Liupoldi feliciter. predictus Liupoldus et Matelda cum iamdictis filiis suis hanc cartam scribere rogaverunt.

Unde sunt rogati testes d. Dietricus. Karolus. et Recardus de Dietrichstane. Bussinus et Janes de Feldchirie. Alberinus de Pagnaco. et Amalricus de Vedrono.

Ego Petrus imperialis notarius interfui et hanc cartam scripsi rogatus.

✝

Arch. Capit. di Cividale, N II perg. 78.

6

1191, 9 Novembre. Cividale. Dono di Worlico Abate di Millstadt alla Chiesa di S. Maria di Cividale di .....

Anno Domini M.C.LXXXI. V. idus Novembris. Indictione IIII. In presentia istorum rogatorum testium. Bertoldi Decani. Artuici. Conradini. Pertoldi. Camisini Jacobo da Peretto. Johannis de Walperti. Magistri Conradi Canonici. Ruperti de Canus. Pernardi. Worlici de Portis. Zilii. Henrici de Jom. Henrici. Woldorici. Chononis de Pirdon?. Marquardi Ruffi. Flaminoni. et aliorum. D. Wodolricus Abbas de Millstat cum consensu Archiepiscopi sui qui consensus exprimebatur in litteris quas idem Abbas ibi ostendit et legi fecit sigillatas sigillo ipsius et consensu Capituli sui, qui exprimebatur in litteris Capituli ibidem per Wolcherum et Alcherum ostensis et lectis sigillatisque sigillo Ecclesie de Millistat. Ad preces D. Pellegrini Civitatensis Prepositi . . . . contulit cum fratribus suis Wolchero et Algero super altare sancte Marie Civitatensis Ecclesie. . .

Actum est hoc in coro Civitatensis Ecclesie feliciter.

Petrus imperialis Notarius

Da pergamena mutila nell'Arch. Capit. di Cividale in copia nel Vol. XXII, 104, Coll. Guerra

[illegible]

[illegible] 1854 [illegible]

[illegible] 1851 [illegible]

1191, 7 Decembre Cividale. Vendita di un allodio in Premariaco al Preposito della Chiesa di Cividale fatta da Ropretto, moglie e figli di Premariaco.

In nomine Domini mill. centesimo nonagesimo primo. Septimo die intrante Decembri. Indictione nona. In presentia bonorum hominum et rogatorum testium silicet Dni Peronis [illegible] Episcopi. Iohannis de Portis. Wolrici fratris eius. Dietrici de Maniago. Asperonis militis. Henrici [illegible]. Wodolrici Vuissait et aliorum plurium. Ropretus quidem de Premeriaco et Siligayta uxor cum tribus filiis suis silicet Ouldrico Ropreto et Nudongo pro amore dei et remissione animarum suarum suorumque parentum et et etiam pro decem marchis quas ipsi confessi et manifesti sunt se accepisse a D. Pelegrino Civitatensi Preposito, cum iure dominii proprietatis ac possessionis dederunt et ad proprium tradiderunt maiori ecclesie sancte Marie Civitatis Austrie et prelibato D. Preposito vice eiusdem ecclesie [illegible] quicquid alodii ipsi visi erant habere et detinere infra plebem Austrie Civitatis in Premeriaco. et in predicta Civitate. et in omnibus aliis locis ubi ex predicto alodio aliquid inveniri potest. cum casis. sediminibus. campis. pratis. vineis. pascuis et comunitatibus tam in monte quam in planis et cum omni iure et ratione ad supra dictum alodium in integrum pertinentibus. in perpetuum habendum et ad proprium possidendum. promiserunt predicti iugales Ropretus et Siligayta cum predictis filiis suis silicet Ouldrico. Ropreto et Nudongo per seque heredes supraditam dationem predicti alodii [illegible] stipulacione semper firmam tenere et ratam habere. et predictum alodium ab omni homine legitime defendere et auctorizare prefate Ecclesie. Quod si non fecerint. tunc nomine pene. sexaginta marchas eidem Ecclesie teneantur dare. et quod repetierint. minime valeant vendicare. Dederunt etiam predicti iugales insimul cum predictis filiis suis. qui miserat supra nominatum Prepositum corporaliter in possessionem predicti alodii.

[illegible] edito nella Collezione Joppi nel Vol IV

In eodem loco et coram predictis testibus prenominatus D. Prepositus investivit predictum Ropretum. Siligaytum. Rudrigum. Ropretum et Vudongum, de predicto alodio ad rectum et rectum feudum, et effecti sunt vassalli eius. et dedit eis etiam missum qui mitteret eos in possessione ipsius feudi. Ipsi vero ex ipso feudo in eodem respgravare eidem D. Preposito agrum unum quem Hargiandus antea habuit ab eis. Actum ante Altare maioris ecclesie Sancte Marie Austrie Civitatis feliciter. Predictus Ropretus. Siligaytus. et Rudrigus. Ropretus et Vudongus nec non et prelibatus Prepositus hanc cartam scribere rogaverunt. Et ego Petrus imperialis notarius interfui, et hanc cartam scripsi rogatus.

Copia in pergamena di Gilberto di Lupico cancelliere patriarcale fatta dall' originale. 11 Luglio 1288. Arch. Capit. di Cividale VII. VIII. N. 66.

1197 26 decembre. Cividale. Il Preposito di Cividale compra beni in Cividale e sua Pieve.

8

Anno domini mill. C. XC. I. VII. die exeunte decembri. Indic. VIIII.

In presencia bonorum hominum et rogatorum testium, scilicet d. Pezzonis petenensis episcopi. Iohannis de portis et Wodorlici fratris eius. Dietrici de Manzago. Alperonis militis. Henrici Zone. Wodolrici Vuisait et aliorum plurium. Ropretus quidem de premariago et Siligatta iugales cum tribus filiis suis, scilicet Rudrico. Ropreto et Vodungo pro amore dei et pro remedio animarum suarum suorumque parentum et eciam pro. x. marcis quas ipsi confessi et manifesti se accepisse a d. pellegrino civitatensi preposito, cum iure dominii: proprietatis ac possessionis dederunt et ad proprium tradiderunt Maiori ecclesie sancte Marie austrie civitatis et prelibato d. preposito vice eiusdem ecclesie accipienti quicquid alodii ipsi visi erant habere ac detinere: infra plebem austrie civitatis in premariago et in predicta civitate. et in omnibus aliis locis ex predicto alodio aliquid invenire potest. cum casis. sediminibus. campis. pratis. vineis. pascuis et comunitatibus tam in monte quam in plano et cum omni iure et racione ad supradictum alodium in integrum pertinente. in perpetuo ~~proprium~~ ad habendum. tenendum ac ad proprium possidendum. promiserunt predicti iugales Ropretus et Siligatta cum predictis filiis scilicet Rudrico. Ropreto et Vodungo per se suosque heredes supradictam dacionem predicti alodii. sub tali stipulacionem semper firmam tenere et ratam habere. et predictum alodium ab omni homine legitime defendere et auctorizare prenominate ecclesie. Quod si non fecerint tunc nomine pene. XX. marcas eidem ecclesie teneantur dare et quod repromiserunt (sic) minime valeant

... [illegible] ...ita nella Collazione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

vendicare. Dederunt eciam predicti iugales missum cum iam dictis filiis suis qui mitteret prenominatum prepositum corporaliter in possessione predicti alodii. In eodem loco et coram predictis testibus prenominatus d. prepositus investivit predictum Ropretum. Siligattam. Rudrigum. Ropretum et Vodanguum de predicto alodio ad rectum et rectum feudum et effecti sunt vasalli eius et dedit eis eciam missum qui mitteret eos in possessione ipsius feudi. ipsi vero ex ipso feudo in eodem loco resignavere eidem domino preposito agrum unum quem Marquardus antea habuit ab eis.

Actum ante altare Maioris ecclesie sancte Marie austrie civitatis feliciter.

predictus Ropretus. Siligatta. Rudricus. Ropretus et Vodungus nec non et prelibatus prepositus hanc cartam scribere rogaverunt.

Et ego petrus imperialis notarius interfui et hanc cartam scripsi rogatus

·F·

Anno domini m.ll.c.xc.ii. sexto die exeunte decembri. in presencia bonorum hominum et rogatorum testium. scilicet Marquardi. Suxeri. henzelfredi gastaldi dni Patriarche. Cecili. et Amalrici de premariago. Suffia quidem filia Ropreti de premariago conlaudavit et confirmavit et per sollempnem stipulacionem sub nomine pene. L x. marcarum semper firmam et ratam habere et tenere promisit illam dacionem quam predictus Ropretus. Siligata Rudricus. Ropretus et Vodungus fecerunt de alodio suo Maiori ecclesie sancte Marie austrie civitatis. Actum apud premariago in laubia predicti Ropreti feliciter.

predicta Suffia hanc cartam scribere rogavit.

Et ego petrus imp. notarius interfui et hanc cartam scripsi rogatus

F. Arch. Capit. di Cividale, Vol. II° perg. 44.

1192, 29 Agosto. Cividale. I figli di Wodescalco canonico di Cividale vieranno ad affitto alcuni beni lasciati a quel Capitolo dal detto loro padre.

Anno domini mill. C. 11. tercio die exeunte augusto. ind. x. in presencia istorum rogatorum testium silicet Warneri filii d. Henrici de Glemona. Leonardi de Glemona. Warneri de Cucagna. Antemotti filii dietrici de Maniago et Wodolrici de pultinis. Dominus quidem Wodescalcus civitatensis canonicus in ultima voluntate pro remedio anime sue dedit et cum iure dominii proprietatis ac possessionis ad proprium tradidit civitatensi ecclesie et D. Bertoldo decano vice eiusdem eclesie accipienti mansum unum quem ipse emerat Mogimaco laboratum per Azonem et Chononem filios Rolandi et hoc ad utilitatem canonicorum absque omni condicione. Super hoc etiamque diversas terras eidem eclesie et predicto d. decano accipienti condicionaliter ut inferius invenietur contulit silicet tres mansos quos emerat Mogimaco in loco qui dicitur Pratum. et totum alodium quod emerat a Vinerio in Grilons. et ortum quem emerat a Chonone preposito et a Danda sorore Alberonis in civitate. et domos quas emerat a Rainerio filio thome et domos quas emerat a Maria sorore eius. et terram quam emerat a Morasato et Martino filiis Bolzes. terram quoque quam emerat ab ortulfo presbitero de agello. Vineam quam excolit Vanca ... casam quam emerat a filiis Rodulfi de pertica. et pratum quod emerat a Rainerio quondam gastaldione. et pratum quod emerat ab alexio. silicet quod Warendus. Conradus. Hermachoras et Wernardus filii eiusdem

... da nella Collezione Joppi nel Vol III Notariorum a pag 12.

D. Wodescalci et eorum heredes debent habere preno=
minatas res a iam dicta ecclesia ad pensionem singulis
annis persolvendam canonicis scilicet duos sextarios frumenti
et dimidium congium vini. Insuper vero dedit eidem ecclesie
et predicto d. decano accipienti Mansum de Martiniaco,
item ut predicti filii sui heredesque eorum habeant eum
ab ecclesia et prestent inde singulis annis ad fabricam eccle=
sie tres fritacenses. In eodem loco et coram supradictis
testibus prelibatus decanus investivit predictum Wa=
riendum. Conradum. Hermachoram et Wernardum
de prenominatis rebus ut supra dictum est.
Actum in camera ipsius Wodescalci ubi ipse iacebat.
in altra cop. antica pretaxatus predictus D. Wodescalcus et prenominatus d. decanus hanc
scribere rogaverunt
Et ego petrus imperialis notarius interfui et hanc cartam scripsi
rogatus.

Vol. II pag. 84.

10

1192, 29 Agosto. Cividale. Il Decano di Cividale investe Wariendo di Cividale e fratelli, q.m Wolfalco (canonico) di una corte per un annuo affitto in grani, vino e legna

Ad Audientiam Nostram, Ecelino Nobile conquerente pervenit, quod cum Causa quæ vertitur inter Ipsum ex Una Parte, et Dilectum Filium . . . . Abbatem Sestensem ex Altera super quibus Possessionibus Venerabili Fratri Nostro . . . . Gradensi Patriarchæ fuisset ex Apostolica Delegatione commissa: Idem E. sentiens se indebite sub ejus Examine gravari, Sedem Apostolicam appellavit: Ipse vero nihilominus in Eum Excomunicationis Sententiam promulgavit: Ideoque Fraternitati Tuæ Apostolica Scripta mandamus quatenus eodem E. . . juxta Formam Ecclesiæ absoluto: Postmodum si quid fuerit questionis audias, et illud Appellatione remota justitia mediante decidas. Nullis Litteris Veritati, et Justitiæ prejudicantibus a Sede Apostolica impetratis: Datæ Romæ apud S. Petrum VIII Kalen: Maij Pontificatus Nostri Anno Primo:

In Sigillo Plumbeo Ex una Parte: Effigies seu Capita SS. Apostolorum Petri et Pauli:

Ex Altera Nomen Pontificis

Innocentius PP. III.

In primo Indice Tomi I. legitur

Innocentius III. antea dictus Lotharius ex Comitibus Signiæ et Anagni Electus 10 Jannarii 1198 obiit 16 julii 1216

NB. nel Necrologio Capitolare di Cividale viene notata la Morte del Patriarca Pellegrino II: sub Die 16 maggio 1204 = Hic Pelegrinus obiit felix Patriarcha Secun[dus]

L' Ecelino nominato nella Bolla Innocenziana sarà stato un Autore del noto Tiranno Ecelino Morto nell'Anno 1260 come si rileva dalla nostra antica Cronica Guliana:

1198, 20 Maggio. Graz. Ottocaro Duca di Stiria dona alla Chiesa di S. Salvatore di Millstatt tutti i diritti che i suoi uomini di Pordenone aveva nella Villa di S. Avvocato aggiungendovi un maso.

1.18

In nomine sancte et individue trinitatis ego Otakarus dei gratia dux Styrie omnibus christi fidelibus in perpetuum. ad officii principalis debitum pertinere cognoscitur divino servitio fidelium traditione oblivionis quod benefactum est obsolescat incuria testamentorum caucionibus obviare inde ego Otakarus dei gratia dux Styrie notum facio omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris quod pro remedio anime mee parentumque meorum ecclesie sancti salvatoris omniumque Sanctorum in Millstat quicquid iuris in villa mea naum homines mei in presentiarum habent vel habere potuerint tam in pascuis quam in silvis exitibus et reditibus id ipsum hominibus prefate ecclesie in villa sancti advocati manentibus libera et potestativa manu contradidi. Ut autem rata et firma sit hec tradicio mansum unum in naum ad incrementum eiusdem facti predictis sanctis delegavi et sigilli mei impressione stabilire decrevi. huius rei testes sunt Chunradus et Ruodolfus de Chindeberch. Engelscalcus de Vra. Hartnidus de Ort. Herrandus de Wildonia. Rikerus de Marhpurch. Lantfridus de Eppenstein. Dietmarus de Lihtenstein. Otakarus et Otto Castellani de graz. Otto de Liuben. Cheresvicus marscalcus.

Hainricus gastaldio et Meinhers et Albericus de rrina. Uarco et Hartwicus de naun. Datum est autem hoc privilegium in graz anno M C. octogesimo nono tercio X Kalendas Junii.

Da perg. orig. nell' I. R. Archivio di Stato in Vienna, Repert. XXIV.

1198 · ... . Federico Cardinale di S. Marcello dà al Preposito del Capitolo di Cividale alcuni ordini nell'obbligo di residenza de' suoi Canonici.

Federicus Dei gratia tituli S. Marcelli Presbiter Cardinalis Apostolice Sedis Legatus dilecto in Christo filio et amico Peregrino ecclesie Civitatensis Preposito ...

Dai MSS. Cicogna

49

1198 – Settembre – A Rialto.

Sebastiano Ziani di Caorle fa sicurtà al Doge Enrico Dandolo per alcuni carati di marinezze comperati da Bernardo de Cerclaria di Cividale, e che esso Ziani fede al Doge e Comune di Venezia.

... Deli... gratis ... summi... antes... ima... dia... endi, ... a ... cum ... et ... um ... ribus ..., quan... liberare ... letam ... libra ... et vel ... dare et ... dictum ... scriptas ... locandi ... homine ... ates ... ssent. ... debe... duplum ... debebat ... ti et ... da ... utri ... et ... ent...

de supradicta nave ... ab omnibus hominibus ...

[illegible]

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini Millesimo centesimo nonagesimo octavo mensis Septembris, Indicione secunda. Rivoalti. Plenam et irrevocabilem securitatem facio ego quidem Sebastianus Cianus de Capulis cum meis heredibus vobis quidem Domino Henrico Dandulo Dei gratia glorioso duci venec. et comuni venec. et vestris successoribus des illa instrumenti carta facta anno domini millesimo centesimo nonagesimo septimo mensis septembris die tertio decimo exeunte, indicione quintadecima, quam mihi fecit in civitate Aquilegie Bernardus de Cerclaria miles de Forojulij in presentia Bartholomei de Cadubrio, Nicolai de Civitate fratris Wolradi, Odolrici de Civitate fillii Rodomondi, Warnerij Aquilegensis militis, Arnoldi militis de Austerico. Confirmavit et manifestum se fecit suprascriptus Bernardus de Cerclaria vendidisse mihi quattuor sortes de una sua nave quam fieri fecerat in loco qui dicitur Biboas quet est de sortibus centum cum quinque velis

majoribus

1198 circa .. Federico Cardinale di S. Marcello dà al Preposito
del Capitolo di Cividale alcuni ordini nell' obbligo di regolare
de' suoi Canonici,

Federicus Dei gratia tituli S. Marcelli Presbiter Cardinalis
Apostolice Sedis Legatus dilecto in Christo filio et amico Peregrino
Ecclesie Civitatensi Preposito salutem in eo qui est omnium salus
et virtus.
Fuit ...

majoribus et minoribus de canevaza et decem et octo
miliariis de tarcio et cum viginti anchoris et duabus
barcis cum suis velis navigare una quaque debebat cum
viginti quatuor remis cum balistra una quae navigare
debebat cum acedianis cum arboribus antennis et tim-
onibus et cum omnibus aliis rebus ad eandem navem
convenientibus. quam prefatam navem manifestus
et confessus fuit suprascriptus Perdardus quod debebat
deliberare dare et mittere plantagiare [?] calcatam clavibus
affixam piculatam et ex toto bene completam et in
aquam projectam cum omnibus que dicta sunt superius
... Pro precio duecentarum librarum quas a me accepit
deinde per totum mense februarii. Quod si non fecisset
vel non deliberasset predictam navem ut superius dictum
est tunc ipse Perdardus tenebatur dare et deliberare
in octo sortes de jam dicta navi. Quod si non fecisset
et non deliberasset sicut dictum est superius tunc ego
debebam intromittere per me et per meum interesse super-
scriptas octo sortes de predicta cum plena virtute et po-
testate vendendi donandi commodandi locandi cuicumque
voluissem transactandi et quicquid inde mihi placuisset
faciendi nullo mihi homine contradicente. debebat autem
suprascriptus Perdardus deffensare suprascripta octo sortes
de suprascripta nave mihi ab omnibus hominibus ...

[illegible] Alboriendo [illegible]

quod me inde inquietare vel expellere voluissent.
et si suprascriptus Bernardus vel eius heredes ista que superius dicta
sunt non observasset, tunc tenebatur et debebat
emendare mihi de omnibus possessionibus suis
cum suis heredibus totas suprascriptas octo sortes
in duplum et insuper marchas argenti septem-
tum et inde in antea suprascripte trecentas
marchas laborare debebat de quinque sex per an-
num. sicut in suprascripta instrumenti carta legitur.
Hec autem que vos pro suprascripto comuni vene-
ciarum mecum in pacti convenientia venistis et
secundum nostri convencionis pactum de quanto-
cumque quod in suprascripta instrumenti carta
continetur de habere suprascripti comunis vene-
ciarum me perfecte appagastis et deliberastis.
Ideirco per omnia inde me fore factum, et eam-
dem instrumenti cartam vobis pro suprascripto
comuni veneciarum do et transacto cum omni
sua vigore et robore. A modo in antea inquirendi

1198 circa... Federico Cardinale di S. Marcello dà al Preposito del Capitolo di Cividale alcuni ordini nell'obbligo di residenza de' suoi Canonici.

---

inde, sollandi securitatis cartam faciendi, et totum quod in ea continet excuciendi; habendi, tenendi, donandi, dandi, vendendi, donandi, commutandi et in proprium possidendi vel quicquid inde vobis pro suprascripto comuni veneciarum faciendi, nullo vobis homine contradicente. A modo siquidem in antea semper inde securi et queti permaneatis. Qua nichil inde remanserit. Unde vos et suprascripto comuni veneciarum requirere aut compellere valeat per ullum ingenium. Si exemplum inde alicubi appareat inanem, et vacuum, existat michi per omnia sine vigore et robore. Quod si quo cumque tempore de suprascriptis omnibus capitulis aliquid requirere temptavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus vobis et suprascripto comuni veneciarum et vestris successoribus auri libras quinque et

2

hoc securitatis carta maneat inpuper firma

Ego sebastianus Ziani manu mea scripsi

Ego petrus boççio testis

Ego marcus barozi testis

Ego Enericus dal mario presbiter et notarius compleui et roboraui.

Trascritto dall'originale membranaceo nel Museo Civico Venezia

Raccolta Cicogna ms. 2132/3

1198 circa . . . Federico Cardinale di S. Marcello dà al Preposito del Capitolo di Cividale alcuni ordini sull' obbligo di residenza de' suoi Canonici.

Federicus Dei gratia tituli S. Marcelli Presbiter Cardinalis Apostolice Sedis Legatus dilecto in Christo filio et amico Peregrino Ecclesie Civitatensis Preposito salutem in eo qui est omnium salus et virtus.

Fuisse cognovimus ad audientiam nostram perlatum, quod quidam Concanonici tui pretextu nobilitatis sue prebendas de Ecclesia tua tamquam residentes Canonici cum integritate percipientes, vix anno, semel aut bis ad serviendum Deo Chorum ingrediuntur, post sua desideria ambulantes et propriis negotiis, omissis obsequiis Ecclesie, intendentes. Nos vero volentes quod huiusmodi abusionis enormitas per nostre sollicitudinis efficaciam, sicut cum Deo possumus, de ipsa Ecclesia deleantur, et ut ipsi ex ea maiora emolumenta percipiant qui die noctuque officiis ipsius Ecclesie sedulo interesse noscuntur, presentium tibi auctoritatem mandamus atque precipimus, quatenus Canonicis illis qui servitium predicte Ecclesie pretermittunt, nec in ea sunt residentes plus de redditibus Ecclesie non subministres, nec eos percipere permittas, nisi quantum ad iustam extimationem prebendarum Civitatensis Ecclesie dilecti filii nostri Prepositi Aquilegensis Ecclesie cuius consuetudinem ratione debes iuris metropolitici imitari suis Concanonicis sic se habentibus ministrare dinoscitur. De illis vero qui residentes sunt et cotidiani quamquam in communi vita per tenuitatem prebendarum esse ullatenus, sicut dicitur valentes, alias tamen honestiores et meliores consuetudines, que in Ecclesia Aquilegensi servantur, in Ecclesia tua studeas quantum poteris observare? Ut autem hoc quod tibi iniunximus commodius exequi possis, facultatem tibi

autoritate qua fungimur indulgemus, indulgentiam ipsam confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, inhibentes itaque de auctoritate et potestate nostis indultis, ne cui liceat hanc indulgentie et confirmationis nostre paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum incurret.

Da copia di Mss. Bini xxv, 13 Arch. Capit. Udine

1198 ... Settembre Ind. II - Rialto — Sebastiano Ziani di Caorle fa sicurtà al Doge En. Dandolo per alcuni carati di una nave comperata da Bernardo de' Circlaria di Cividale, e che esso Ziani cede al Doge e Comune di Venezia.

51

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Domini Millesimo centesimo nonagesimo octavo mensis Septembris, Indicione secunda. Rivoalti.

Plenam et irrevocabilem securitatem facio ego quidem Sebastianus Cianus de Caprulis cum meis heredibus quidem Domino Henrico Danduto Dei gratia glorioso duci venec. et comuni venec. et vestris successoribus de illa instrumenti carta facta anno domini millesimo centesimo nonagesimo septimo mensis septembris die tertio decimo exeunte, indicione quintadecima quam mihi fecit in civitate Aquilegie Bernardus de Cerclaria miles de Forojulii in presentia Bartholomei de Cadubrio, Nicolai de Civitate fratris Wolradi, Odolrici de Civitate filii Rodomondi, Warnerii Aquilegensis militis, Arnoldi militis de Austerico. Confirmavit et manifestum se fecit suprascriptus Bernardus de Cerclaria vendidisse mihi quattuor sortes de una sua nave quam fieri fecerat in loco qui dicitur Bibons, que est de sortibus centum cum quinque velis majoribus et minoribus de canevaza et decem et octo miliaris de sarcio et cum viginti ancoris, et duabus barcis cum suis velis, navigare unaquaque debebat cum viginti quattuor remis, cum battello uno quod navigare debebat cum octo remis, cum arboribus antemnis et temonibus et cum omnibus aliis rebus ad eandem navem convenientibus, quam prefatam navem manifestus et confessus fuit suprascriptus Pernardus quod debebat deliberare dare et insuper tansactare calcatam, clavibus affixam, piculatam et ex toto bene completam et in aquam projectam cum omnibus que dicta sunt superius pro precio ducentarum librarum quas a me accepit deinde pro totum mense Februarii. Quod si non fecisset vel non deliberasset predictam navem ut superius dictum est, tunc ipse Pernardus tenebatur dare et deliberare in octo sortes de jam dicta nave. Quod si non fecisset et non deliberasset sicut dictum est superius tunc ego debebam intromittere per me et per meum interesse superscriptas octo sortes de predicta cum plena virtute et potestate vendendi, donandi, comodandi, locandi, cuicumque voluissem transactandi et quidquid inde mihi placuisset faciendi nullo mihi homine contradicente; debebat autem suprascriptus Pernardus deffensare suprascripta octo sortes de suprascripta nave mihi ab omnibus hominibus, quod me inde inquietare vel expellere voluissent. Et si superscriptus Bernardus ea que superius dicta sunt non observaset, tunc tenebatur et debebat emendare mihi de omnibus possessionibus suis cum suis heredibus totas suprascriptas octo sortes in duplum et insuper marchas argenti tercentum et inde in antea suprascripte tercente marche laborare debebat de quinque sex per annum sicut in suprascripta instrumenti carta legitur.

Hec autem que vos pro suprascripto communi veneciarum mecum in pacti conveniencia venisti et secundum nostri convencionis pactum de quantocumque quod in suprascripta instrumenti carta

continetur de habere suprascripti comunis veneciarum me perfecte appagatis et deliberatis.

Idirco per omnia inde me fore factum et eandem instrumenti cartam vobis pro suprascripto comuni veneciarum do et transacto cum omni suo vigore et robore. A modo in antea inquirendi, interpellandi, securitatis cartam faciendi, et totum quod in ea continet exeuiendi, habendi, tenendi, donandi, dandi, vendendi, commutandi et in proprium possidendi, vel quidquid inde vobis pro suprascripto comuni veneciarum faciendi, nullo homine contradicente. A modo siquidem in antea semper inde secure et queti permaneatis, quia nihil inde remanserit.

Unde vos et suprascripto comuni veneciarum requirere aut compellere valeat per ullum ingenium.

Si exemplum inde alicubi appareat inanen, et vacuum, existat mihi per omnia sine vigore et robore. Quod si quocumque tempore de suprascriptis omnibus capitulis aliquid requirere temptavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus vobis et suprascripto comuni veneciarum et vestris successoribus aureas libras quinque et hec securitatis carta maneat insuper firma.

Ego Sebastianus Ziani manu mea scripsi

Ego Petrus Bosio testis.

Ego Marcus Baroci testis.

Ego Venerius dal Mario presbiter et notarius complevi et roboravi.

Da pergamena nella Collezione Cicogna. Museo Correr Venezia.

1197 [8], 13 Aprile. Tricesimo. Pellegrino Patr. d'Aquileja investe D. ~~Ermelinda~~ Gominganda di Sorphenberch e suo ~~figlio~~ marito Volfino dei beni avuti dalla Chiesa d'Aquileja quando sposossi a D. Enrico di Villalta.

X. 52

Anno Domini M.XC.VIIII. indictione prima. mense Aprili XIII die intrante. in presentia Herbordi de Pertenstain. Henrici de Glemona. Warnerii de Casarsia. Johannis de Zucula. Ottonis de Glemona. Eberardi Vicedomini; Wecelonis.

Domina Hirmingarda de Sorphenberch. et Wolfinus maritus eius resignaverunt et refutaverunt in manus D. Pellegrini Patriarche Aquilegensis omnem actionem et omne ius. . . –

. . . . – – . . . in bonis quondam D. Matthie de Sorphenberch. et Wariendi filii. retentis tamen sibi servis et ancillis et allodio predicti D. Matthie. et propter hoc D. Pellegrinus Patriarcha dimisit illis centum quinquaginta marcas. quas Wariendus . . . . solvere tenebatur . . . . et investivit Dominam Hirmingardam et Wolfinum secundum usum et consuetudinem de feudo quod Domina Hirmingarda habuit ab Aquilegensi Ecclesia cum esset matrimonio copulata D. Henrico de Villalta.

Actum in Ecclesia apud Tricesimum.

Ego Wilelmus imperialis notarius interfui et rogatus scripsi.

copia da pergamena dell'Arch. Capit. di Cividale, nella Coll. Guerra Vol IX, 150.

ondr
%
conu
rendi
bendi
inde
sequi
U.
geni
S.
et ro
temp
rum
firm

9

53

1197. [illegible] Papa [illegible] suggell [illegible] eretto vedova [illegible] monastero di Moggio la Capella di S. Martino Parrocchia e la concede al [illegible] monastero.

Collez. [illegible] 32 [illegible] Capit. Udine [illegible]

[illegible] Dei [illegible] dilectis filiis [illegible] fratribus [illegible] Salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis [illegible] quod iustum est et honestum [illegible] quam ordo exigit rationis, ut id [illegible] officii nostri [illegible] perducatur effectum. [illegible] propter dilecti filii [illegible] [illegible] eandem hoc quod ex [illegible] Udalrici [illegible] Patriarche [illegible] Capellam Sancti Martini [illegible] cum [illegible] attinentibus in Parrochia S. [illegible] hoc quod [illegible] Capella [illegible] cum manso [illegible] in loco qui dicitur [illegible] presentia predicti [illegible] Patriarche [illegible] Wolfardo [illegible] Plebano [illegible] estis [illegible] iustis modis prestante Domino poteritis adipisci. Sub Beati [illegible] et nostra protectione suscipimus [illegible] Capelle S. Martini legalem concedimus sepulturam. [illegible] confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. [illegible] ergo ut nulli [illegible] hanc nostre protectionis [illegible] paginam infringere vel ei ausu temerario contra[illegible]. Si quis [illegible] hoc attemptare presumpserit, indignationem [illegible] Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum [illegible] incursurum.

Dat. Laterani [illegible] Julij Pontificatus nostri Anno Secundo.

1199 – 5 .... luglio. Presso la chiesa di S. Tomaso. ~~Alquino~~ di Varmo dona agli Ospedalieri di S. Giovanni, sue terre in Susans e S. Tomaso per fondarvi uno Spedale.

[illegible]

e.5. Archivio Capituli Forojulij

54

. . . . Dni nri. Jesu Christi Millesimo Centesimo nonagesimo nono Indictione . . . . . . exeunte Julio. In praesentia Fratrum Hospitalis Sci Johannis . . . . . Henrici Magistri Ospitalis de Sacilo, Pbri Petri Magistri . . . . volta Dni Contolini Magistri Hospitalis de Cosalto . . . . de Fauxa Pbri Danielis de Sco Daniele. Popoldi de Farla. Odelrici de Farla. Gotofredi Filij ejus. Johannis Gosperti Dni Walwagoni Jurati infrascripti Hospitalis. Johanne de super fonte Egidij de Fonte filij ejus Chastellani Filij Dietmari. Marquardi Filij Landonis de Lauverzalia . . fratribus Pauli, Donaldi de Platea. Petri Consobrini de Susano. Petri Fabri. Johannis Vacca Canciani Fratrum ejus. Nobilis Filij qm Leniari Petri Nepotis Romani Romani de Feraria. Sabatini Calegarij Fratris ejus Petri Fratris eorum. Wariendi Filij qm Laurentij. Natalis Crescentij Fratrum ejus de Villa Sci Thomei, et aliorum.

Ibique Dnus. Artuichus de Varmo pro anima sua, suorumque Parentum remedio nomine donationis quae revocari non posset tradidit, et dedit Presbitero Johanni Fratri Jerosolimitani Hospitalis, et Priori Prioratus . . . . in suis manibus ad proprium totum podere illam proprietatem, quam ipse habebat, et habere visus fuerat in Villa, seu pertinentia de Susano, in Villa seu pertinentia de Sco Thoma ad edificandum unum Hospitale ad honorem Dei, et Beatissime ejus Genetricis, et Virginis Marie et Hospitalis Sci Johannis de Hierusalem in infrascripto Territorio Sci Thome, et Villa, et sit subiectus et obediens Hierosolimitano Ospitali cum omni honore, sicuti ipse Artuichus, et ejus Antecessores huiusque habuerunt, et tenuerunt ita dictum Hospitale habeat, et teneat in per=

petuura cum pratis, pascuis, Silvis, Salictis, aequis, aquarumque deductibus cum Molendinis piscationibus, et cum ripis, et rupinis, et cum cultis, et incultis, cum Aratorijs, et non Aratorijs, seu cum Vitibus, et Arboribus. Segando herbando, et non segando pasando cum nemore et campanea in perpetuum. Et dat ei dictum Dominicum Walvagonum, qui daret ei tenutam de dicta proprietate. et precipit ei ut exinde introieret in tenutam ad honorem Dei, et dicti Hospitalis, et ad utilitatem Pauperum preter unum Mansum dotis Ecclesie Sci Jacobi Capelle Curie de Varmo, et unum Reinaldi de Sacodeko quem dictus Reinaldus á dicto Hospitale habere debet. Et insuper Suprascriptus Dnus Artuichus per se, et per Heredes suos promisit suprascriptam Donationem ad proprium expedire defendere autorizare cum omnibus suis pertinentijs, et accessionibus, seu cum inferioribus, et superioribus suis cum omni patrocinio. Quod si defendere non poterit duplare debet sicut pro tempore meliorata fuerit, et amplius valuerit sub extimatione bonorum hominum . . . . stipulatione precedente. Et Infradictus Rainaldus debeat servire . . . . . et feudum dicto Ospitali tanquam Dno Artuicho. Et insuper Suprascriptus Dnus Artuichus taliter dixit et fecit, quod si Frater, vel heredes ejus suprascriptam donationem infringerent, aut infringere tentaverint tunc debeant cadere ab omni porcione, sive parte proprietatis ejusdem Dni Artuichi, et

dicta

dicta portio, sive pars proprietatis ejus debeat esse prefati Ospitalis in perpetuum in integrum. Et insuper manifestando nulli alij venditam traditam donatam alienatam, et obligatam, vel obnoxiatam supraseriptam donationem nisi dicto Ospitali preter quod ipse retinuit in se Advocatiam, et in filijs suis Masculis tantum post mortem vero ejus dominium redeat Advocatie ad dictum Hospitale de Hierusalem, ut sibi Advocatum quem voluerit eligat. et insuper dedit ei Dominatus Ecclesie tertiam partem de Susano.

Actum in loco ubi Ecclesia dicti Hospitalis iuxta Villam Sti Thome edificata erit.
Ego Matheus Dni Friderici Imperatoris Not.s interfui, et ro ga tus scrip si

1199, 9 Luglio. Roma. Papa Innocenzo III impone silenzio al Preposito d'Aquileja, nelle differenze che avea coi suoi Canonici per l'amministrazione de' beni: 53

Vedi atto 1183, 24 Ottobre

Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Aldigerio Decano et Canonicis Aquilegensibus salutem et apostolicam benedictionem. Orta super inter vos et dilectum filium Poponem Aquilegensem prepositum super administratione possessionum Aquilegensis Ecclesie ad Canonicos pertinentium contentione non parva, cum propter hoc utraque partium ad nostram presentiam accessisset, nos vobis et ipsi Preposito dilectum filium nostrum S[offredum] tituli sancte Praxedis presbiterum Cardinalem concessimus auditorem coram quo fuit ex Prepositi parte propositum, quod vacante prepositura Ecclesie Aquilegensis vos eum absentem in Prepositum iure ac simpliciter elegistis et electionem Venerabili fratri nostro . . . . . . Aquilegensi Patriarche secundum consuetudinem presentantes postulabatis eam secundum tenorem cuiusdam transcripti quod sumptum esse dicebatur ex privilegio Vorlici olim bone memorie Aquilegensis Patriarche auctoritate metropolitica confirmari. Cumque ipse deliberatione premissa requisisset a vobis utrum iuste in prepositum fuisset electus, vobis respondentibus electionem fuisse de ipso canonice celebratam; se pure recipere quod sibi iuste offerebatur, adiecit tenoris eiusdem privilegii et precedentis Canonicorum status ignarus. Requisitus autem postmodum ut vobis iuramento caveret, ne vos ultra

id quod in privilegio predicti Patriarche continebatur aliquatenus molestaret, quod si simoniacum esse asseruit, renuntiationi vobis faciende renuntiasset se negans super hoc cautionem vobis aliquam prestaturum. Deinde Patriarcha predictus electionem ipsius simpliciter confirmavit et precepit ei locum secundum predecessorum suorum consuetudinem assignari. Accepto vero postmodum a ministerialibus suis quod ad eum de iure prepositure administratio pertineret, ad villas Ecclesie Aquilegensis accessit et officiales eum in Prepositum humiliter receperunt iuramentum ei super fideli villicatione prestantes. Cumque postmodum regressus Aquilegiam sibi vellet administrationem cellarii vindicare, quasi possessionem eius per serram, quia clausum erat cellarium, apprehendit, propter quod postmodum et ipse cum eis ad nostram audientiam appellarunt, appellatione ab utraque parte demum postmodum innovata. Ceterum cum utraque partium Patriarche fuisset presentia constituta, licet Patriarcha querenti si contra vos aliquid vellet proponere quod nichil proponere respondisset, sed paratus esset potius respondere quia esse se in administrationis possessione credebat nuntius vester ab impetitione ipsius vos postulavit absolvi et vos postmodum Preposito regresso Aquilegiam vetuistis ne vos aliquatenus aggravaret et super hoc ad eundem Patriarche audientiam appellastis. Cum Patriarcha cum Prepositum vellet inducere ne administrationi se aliquatenus immisceret, ipse ad nostram audientiam vocem appellationis emisit, unde dictam administrationem

sibi dari sicut antecessores sui eam habuerant postulabat.
Verum ad hec fuit ex parte nostra responsum, quod Verlicus quondam
Aquilegensis Ecclesie Patriarcha volens necessitati Canonicorum et ipsius
Ecclesie consulere honestati, auctoritate felicis recordationis Alexandri
Pape predecessoris nostri et legationis qua fungebatur et sua in eadem
Ecclesia comunem vitam instituit et proventus ecclesiarum et pre=
diorum que prius ad prepositturam spectaverant nec non et obedien=
tiarum redigi statuit in usus comunes, Preposito omni prorsus
iurisdictione potestate ac utilitate in eisdem bonis sublata.
Cui tamen vassallos ministeriales et ipsorum benefitia reservavit sicut
in ipsius privilegio continetur. Hanc autem ipsius Patriarche institu=
tionem et possessionem predictorum bone memorie Lucius Papa
predecessor noster auctoritate vobis apostolica confirmavit. Postmodum
vero cum G[abriel]. secundum formam privilegi memorati electus fuisset in
Prepositum et etiam confirmatus, quosdam Canonicorum precibus,
quosdam vero terroribus adeo circumvenit, Magistro scolarum a con=
sanguineis eiusdem G[abrielis] Prepositi iurare coacto quod se ipsi super
administratione non opponeret obtinenda, quod administrationem
ipsi salva institutione predicta et confirmatione ipsius personaliter
commiserunt, sic tamen quod in administratione non predecessorum
suorum sequeretur exempla, sed prefixam sibi a Capitulo formam
potius observaret, quod idem Prepositus se fideliter impleturum fide data
in manus Patriarche firmavit. Eo vero viam universe carnis ingresso,
ad petitionem Patriarche ipsius dictum P[oponem] secundum formam institutionis
predicte in Prepositum elegistis et electione cum institutionis transcripto
Patriarche postmodum presentata et in presentia ipsius P[oponis] electa

et exposita in theotonico idiomate diligenter, idem Pr[epos]itus requi-
situs a Patriarcha si secundum formam eiusdem transcripti
electionem recipere vellet, recepit in partem et institutionis tenore
perlecto per venerabilem fratrem nostrum ..... Concordiensem
Episcopum, respondit quod cum esset patrimonio dives et ecle-
siasticis beneficiis abundaret, de prepositura ipsa nomen volebat
solummodo et honorem, adiciens per se ipsum quod prepositeram
recipere volebat secundum institutionis predicte tenorem, et secun-
dum hoc a predicto Patriarcha de prepositura fuit postmodum
investitus. Deinde vero licet institutionis auctoritate predicte
administrationem et possessionem predictorum omnium haberetis,
eam tamen ad maiorem cautelam de Patriarche qui nunc residet
manibus recepistis, qui etiam institutionem comunis vite ante
litem motam suo privilegio roboravit. Veniens vero Prepositus Aqui-
legiam, postulavit a vobis ut beneficium ei aliquod conferretis
et cum ad respondendum certum terminum statuissetis, possessiones
vestras invadere voluit et officiales vestros contra formam iuramenti
vobis prestiti iurare coegit. Propter quod provisor vester ad sedem
apostolicam appellavit, eodem provisore possessiones retinente ut
prius et administrationis officium exercente. Verum Prepositus ad cella-
rium vestrum cum armatis accedens, ipsum frustra nisus est occupare
et cum iterum Ecclesiam intrasset armatus, ex parte vestra fuit ad
nostram audientiam appellatum. Tandem vero idem Prepositus ad memora-
tum Patriarcham accedens et appellationi et invasioni quam fecerat
in manibus renunciavit ipsius. Cum autem idem Patriarcha ex dele-
gatione dilecti filii nostri S[iffredi] tituli sancte Praxedis

presbiteri Cardinalis tunc apostolice sedis legati partes ad suam presentiam convocasset et dixisset eidem Preposito ut proponeret si quid adversus vos questionis haberet, eo respondente quod nichil contra vos proponere vellet, sed paratus esset potius proponentibus respondere; vos ab inpetitione ipsius postulabatis absolvi et ne possessiones vestras invaderet, ad sedem apostolicam appellastis. Quod autem hec sibi obesse non possint, pars Prepositi nisa est multiplici ratione monstrare, asserens institutionem illam V[orlici] Patriarche in ipsius non debere preiudicium retorqueri, cum obtenta fuerit contra ius comune, consuetudinem Ecclesie Aquilegensis et institutionem Patriarche Popponis et in prepositure lesionem enormem facta fuerit, prepositura vacante, contra ius comune, quia ex iure comuni procedit ut Prepositus bona Ecclesie cuius est prepositus administret contra consuetudinem Aquilegensis Ecclesie, quoniam per centum annos et ultra Prepositus administrationem bonorum eius habuerat, a tempore videlicet Patriarche Popponis ad tempus Vorlici, in enormem lesionem prepositure ipsius, quia per ipsam, ius prepositure usque adeo fuerat decurtatum, ut non nisi nomen et onus relictum Preposito videatur. Preterea si etiam institutio memorata teneret iuri Prepositi non obesset, cum per ipsam Preposito non fuerit administratio expresse sublata et post eam predecessor eius usque ad hec tempora administrationem habuisse probetur. Nec nocet nec nocere potest quod in eadem institutione subiungitur Preposito omni iurisdictione, potestate et utilitate sublata, cum dictus L[ucius]

predecessor noster Lu... in confirmationis sue litteris non apponat cum enim ipse in confirmatione sua quedam minuat, ut de duplici vestitu conferendo Decano et Magistro Scolarum, quedam addat ut de his que pro vestitu Canonicis conferenda sunt per manum unius A— vel plurimum qui ad hoc ordinati fuerint conferendis, quedam corrigat ut super vestimentis presentibus et absentibus pariter impendendis ubi addidit, si ex rationabili causa defuerit siquidem eadem institutione reperiant de quo mentio in eiusdem Lucii confirmatione non fiat, id intelligitur reprobatum aut enim capitulum illud ei cum aliis expressum fuerat aut dolose suppressum: si expressum fuit et illud idem Predecessor noster noluit confirmare, intelligitur reprobasse, quod si suppressum fuerat, confirmatio eadem probabitur fuisse subrepta, quod verisimilius videtur, cum in ipsa confirmatione de iure Prepositi nichil penitus exprimatur Preterea in eadem institutione administratio non aufertur Preposito sed iurisdictio, utilitas et potestas. quod sane intelligendum est ut Canonicorum utilitati proficiat et iura Prepositi non offendat, sic videlicet et ut non liceat Preposito contra tenorem institutionis eiusdem extra comune refectorium ministrare fratribus alimenta vel prepositure proventus sicut prius suis usibus applicare, unde vos verba illa (contra) Prepositum minus sufficere cognoscentes, institutionem predictam vobis fecistis per Patriarcham qui nunc resedit innovari et opponi in capitulo memorato Preposito omni iurisdictione, potestate, utilitate et dispositione sublata et quasi conscii quod administrationis vobis officium presumpseratis indebite usurpare institutionis Patriarche predicti ubi habeatur ut omnia bona ipse de

prepositura de ecclesiis videlicet et prediis et obedientiis provenient, redi=
gerentur in usus comunes utilitati vestre omnimodis profutura...
....ositioni fecistis opponi. Fuit etiam ex eadem parte aditum, quod
Prepositus ipse quicquid ei fuisset electionis sue tempore sub quacumque
forma propositum quod sibi iuste offerebatur se recipere simpliciter
et pure, respondit, nec adiecit secundum formam institutionis predicte,
immo cum postmodum - .... ab eo ut caveret ut quid sibi ultra formam
institutionis predicte aliquatenus vendicaret, quod non caveret, asse=
ruit, quia id simoniacam saperet pravitatem nec nocuit quod in
prima responsione sua non contradixit expresse, cum sciret ius
suum ubique durare nec adhuc plene non ...... constitutio=
nis eiusdem utpote qui in Aquilegensi Ecclesia nunquam
fuerat conversatus, nec responsione quoque facta per......
Concordiensem Episcopum qui responderat eum ex prepositura non
querere nisi nomen solummodo et honorem nullum iuri suo asseruit pre=
iudicium generari cum in hoc non dignitatis . . . . admi=
nistrationis honorem. Adiecit etiam ille quod . . . .
. . . .in formam constitutio=
nis predicte ut servaret videlicet quod continebatur in ea vos ele=
gisse dixistis, cum huiusmodi conditio simoniacam sapit pravita=
tem. Ceterum . . . .
. . . . attendebat utili=
tatem .... ecclesie respiceret et honestatem et memo=
ratus V[olricus] Patriarcha in ea et auctoritate legationis est

metropolitica usus fuerit potestate et de tot. . . . . . .

. . . . Capituli fuerit constituta consensu, nec oberat quod . . .

. . . . prepositura vacante, cum vivente adhuc Preposito

sepius fuerit de ipsa tractatum et . . (sic) . successor ipsius tanquam

Canonicus faciendus iam facto vero factus ipse Prepositus suum expresse

prestitisset assensum, cum et ante electionem et confirmationem

ipsius per annum et plus et post per septem menses et amplius in

plen. . . . . ea possessione iuxta ipsius institutio-

nis formam libere fuissetis, donec eidem administrationem non

tanquam Preposito sed tanquam Canonico personaliter commisissetis,

sicut per testes fuerit legitime comprobatum per illa verba scilicet

omni iurisdictione, potestate et utilitate sublata, omnem admini-

strationem sublatam Preposito dicebatis, cum in iurisdictione sta-

tuendi auctoritas, in potestate ministrandi facultas, in utilitate

convertendi sicut prius in suos usus prepositure proventus ei

fuerat licentia denegata. Sic enim in talibus potestas accipitur

secundum canonicas sanctiones ut cum dicitur quod omnes res

Ecclesie in Episcopi potestate consistant et ad eius dispositionem

pertineant, sic etiam et secundum constitutiones legales bona pupilli

dicuntur esse in potestate tutoris cumque consuetudo sit optima

legum interpres, qualis illorum verborum fuerit intellectus ex eo quod

continuo subsecutum est declaratur. Statim enim Capitulum ut dictum

est. sine contradictione cepit administrare, ante electionem G[abrielis]
..... substituti Prepositi per annum et plus et post electionem
et confirmationem ipsius per septem menses et amplius admini..
...... immo ex tunc administrare cessavit numquam, cum
G[abriel.] Prepositus non ratione prepositure sed ex commissione
comprobatum et is utique possideat cuius nomine possidetur. Adie-
cit[?] iam quod etsi predicta institutio non teneret, idem tamen
.... nichilominus preiudicium irrogarat, cum secundum
formam institutionis eiusdem electionem, sicut per testes probatum
fuerat, recepisset et nichil aliud nisi nomen et honorem ex pre-
positure officio postularet; nec oberat quod in confirmatione
dicti Lucii predecessoris nostri de iurisdictione, potestate
et utilitate sublata Preposito nichil expressum extiterat, cum
non semper quod simpliciter est suppressum, intelligi debeat re-
probatum, immo fortius id exprimi soleat, ~~cum ... minor in approbatione~~ quod approbatis
ceteris reprobatur, cum non minor in reprobatione quam in appro-
batione sit.... [veri]tas requirenda. Nec fuerat simoniacum
si eum secundum formam sepedicte institutionis in Prepositum
elegissent, cum determinatio illa non conditionem denotet, sed modi
vel status sit potius expressiva. ... Nos igitur hiis et aliis
diligenter auditis per Cardinalem eundem que fuerant hinc inde pro-
posita et diligenter intellectis, de Fratrum nostrorum consilio ab

impetitione Prepositi memorati sententialiter Ecclesiam et Capitulum Aquilegense absolvimus, eidem Preposito super hoc perpetuum silentium imponentes. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre definitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Laterani VII Idus Iulii, Pontificatus nostri anno secundo.

Copia da pergamena già nell'Archivio Capitolare di Aquileja, fatta da Mons. Francesco Florio ed esistente nella sua Biblioteca in Udine.
– Stamp. dal Baluzio: Epistole Pp. Innocentii III, lib. II, N. 113.

Dall'accenno che trovasi in questo documento, sembrerebbe che l'elezione del detto Popone sia stata eletto dal Capitolo di Aquileja a Preposito nel Novembre dell'anno 1197 e che quindi la morte del suo predecessore Gabriele di Caporiacco sia avvenuta tra l'ottobre ed il Novembre dell'anno 1197.

Contra privil. imperiale quod dicitur dari ... tas certis psonis de Premariaco contra jurisd. Civitaten. dd.

1111.

*

privileg. p quod datur libertas infeudatis psonis de Premariaco in Jurisdictione eccle Civitatens. †

Udine – Il Patr. Raimondo ordina la trascrizione convalidata del Diploma rilasciato dall'Imp. Enrico IV a favore di Cristallo di Premariaco e suoi discendenti, quale diploma è qui trascritto con data 1110 - 19 Maggio, presenti Simone Vesc. Emoni ecc., Guidotto di Tenebrago Gastaldo di Udine

In Xti nomine Amen. Anno ejusdem Millesimo ducentesimo ottuagesimo otto Ind. prima die decima intrante Julio. In Castro Utini in Patriarchali Palatio, presentibus ven. Patre Dno Symone Epo Emonensi, Dnis pbro Alebrando ... Guidotto de Tonebrago Gastaldione Utini, Petro, et Addebaldo habitatoribus Castri Utini, Predevino de Mediolano, et aliis pluribus ad hoc vocatis testibus et rogatis. Rdus in Xto Pater Dnus Raymundus Ste Sedis Aquilegensis Patriarcha, commisit, et mandavit Waltero notario infrascripto, ut quoddam privilegium gloriosi nominis Dni Henrici Quarti Rom. Imperatoris sub ejus sigillo cereo integro, et illeso concessum quondam Cristallo de Premiaco et ejus heredibus, et consanguineis, quod siquidem nimia vetustate incipiebat consumi, cujus tenor inferius annotatur. Transcribens, et in publicam formam reducere volens, mandans, decernens, et auctoritatem suam interponens eidem transscripto quod valeat, teneat, et fidem faciat, tam in judicio, quam extra tamquam originale predictum (predicti vero privilegii talis est tenor. In Nomine Sancte, et individue Trinitatis Henricus divina favente clementia Quartus Rom. Imperator Augustus, et Patricius. Juxta consuetudinem nostrorum Antecessorum Regum, et Imperatorum intelleximus esse dignum, et rationabile regia largitate nros remunerare fideles secundum eorum meritum. Scientes, quod ex fidelibus fideliores fient, et ex fortibus regnum nostrum fortius erit, et tutius. Qualiter omnibus Xti, nostrisque fidelibus tam futuris, quam presentibus notum fieri volumus, qualiter nos ob dilectionem Cristalli fidelis nostri de Premiaco, et dignam precationem nostrorum Principum, tam Theutonici, quam Italici Regni, atque Lombardiae (Federici videlicet Colon niensis Archiepi, atque Artuici Radisponensis, et Ottonis Bambergensis, Brunonis Spirensis, Oddonis Constantiensis, Porti Paduanensis, Federici ... potentis epi, nec non equitum nostrorum Hermani de Saxon, Federici de Auspurga, Federici de Zoller, Berengarii de Salzupacha, Gotofredi de Calva, Federici etiam ducis de Suevia, Marchionis Veneti, et Marchionis Bonifacii, alberti de Bladrado

† oppure Et.?

1288 10 Luglio

6 * Phylippo. * Tonebrago * Castaldo

* nostri Walzero

* Transcriberemus * Reduceremus

1110: 19 Maggio

* forcius

* Premeriaco

* peticione

* Teutonici

* Wodorlici

* Herbipolani.

* Comitum.

* Auesteren.

* Berengarii de Salzupacha.

* Suevia

3

alicuiusque qsionq; multorum nostrorum fidelium ipsum pdictum Cristallum et
ejus omnes heredes ipsius et consanguineos universos in nra
mundiburdii tuitione suscipimus ea condicione, ut neque
Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Castaldio, Decanus
*aliqua aut alius nostri Regni magna, vel parva persona ipdi
*Cristallus ctos Cristallus vel suis consanguineis in se ipsis, aut in
possessionibus suis, aut in aliis ullis rebus mobilibus, vel
inmobilibus modo conquisitis, vel ad haec conquirendis in
* iniurias quietare, molestari, divestire, aut in aliquibus ullam materia
*comunione presumat facere (hoc etiam eis damus, ut liberam coioem
habeant ipsi, et successores eorum sine omni lessione, vel
alterius contradictione in pascuis, in pratis, in silvis, in
piscationibus, in venationibus, et in aliis omnibus, que
ad coem usum pertinent (precipimus etiam et ad placitum
non deducantur nisi ante nos, vel successores nros Reges
vel Imperatores. Siquis autem hujus nostri mundiburdii
*componat. violator extiterit centum libras auri optimi cponat, me-
dietatem nostre Camere, medietatem vero dictis hoibus, eo-
rumque heredibus; Quod ut fortius esse credatur, et
ab omnibus diligentius, et inviolabiliter observetur
sigilli nostri impressione eandem paginam inferius insigniri
* comiserint precipimus. Insuper etiam eis damus, ut si lessionem comis
* componant. erint unde bannum nro subiacerent, nihil inde exponant,
quia eis imperiali pietate, quos eis fidelitate retinenda,
atque confirmanda remisimus (Signum Dni Henrici quarti
* cancelarius vi Rom. Imp. Augusti. Burcardus cancellarius vice Alb. Datum XIIII
ce Alberti. 1110 Kal. Junii Indictione tertia Anno Dominice Incarnationis millesimo
centesimo decimo regnante Henrico IV rege Romanorum anno quinto
Imperatoris autem primo (ordinationis ejus undecimo Actum est Iuxta
Veronam in Xpo Amen.

*Walterius. Ego Walterius civis apostolica et imperiali auctoritate not. de mandato
predicti Dni Pache suprascriptum privilegium de verbo ad ver-
bum nihil addens vel minuens, aut inmutans quod ipsius
* sententiam formam seu sensum variet sive mutet fidelitur transcripsi
* publicam et in publicam formam redegi Ibidem plura ejusdem tenoris exem-
plaria publica instrumenta rogatus.

BIBLIOTECA COMU[illegible]